Ad hoc dicimus Ariſtotelẽ de alimẽto nullũ ꝑticularẽ de eo ſolo edidiſſe librũ : ſed de eo ſparſim in plurimis
ſcripſiſſe locis.In libro enim de generatiõe & corruptiõe ꝓut ei comodũ fuerat de alimẽto breuibus egit.ipſum
uidelicet docendo eſſe nutribili cõtrariũ.& eius ſubſtãtiã cũ quãtitate augmẽtũ ꝓhibente in eodẽ eſſe. in libro
quoq; de aĩa plura ſecundũ loci oportunitatẽ de nutrimẽto ꝑtractauit ipſum duplex eſſe dicens.alterum uideli
cet nutribili ɔtrariũ alterũ ſimile.quo fit ut inuicẽ utraq; patiãť & agãt.dicẽs quoq; rẽ eãdẽ hoc.ſ.ſƀa nutrire il
lo uero.ſ. magnitudine quãtitatem augere.hæc igiť & plura alia ſunt q̃ de alimẽto ĩ libro de generatiõe & cor-
ruptione & libro de aĩa ſcipſit Ari.plura aũt iis de alimẽto:ĩ libro de aĩalium generatione ſe ꝑtractaturum poli
ceť:q promiſſa poſt hæc ĩ ꝑfato libro ꝓpriis ꝑſoluunť ſermonibus.ita ut cuiq; notũ fiat nõ in uno ſolo codice
ſed ĩ pluribꝫ de alimẽto docuiſſe Ari.ꝓmiſſa aũt ab eo ſunt hæc.Nam ĩ tertio de aĩaliũ partibꝫ libro cũ de uẽis
loqretur.tale nobis policitus eſt.(Sed quonã mõ & ex quo aĩalia nutrianť et quo modo et uentre capiant alimẽ
tum cũ de generatiõe agiť aptus & expectari & explicari põt)Ex qbus de alimẽto tria ſe ꝑtractaturũ policetur.
Vnũ qd ſit alimẽtũ ex quo oĩa aluntur aĩalia.Alterũ quonã mõ aliunde trahať. Tertium quo pacto in nutriti
ſubſtantia cõuertať:Quarto ẽt de ꝑtibus libro cũ de ea q̃ lactes diciť ageret poſt aliq̃ dixit . (Quẽadmodũ autẽ
capiãt alimẽtũ & quo nã pacto ꝑ uẽas ex alimẽto ĩgeſto ſubeat eas ꝑtes qđ ĩ uẽis digeriť . explicabiť cũ đ genera
tione alimentoq; animalium agemus).Hæc de ꝓmiſſis. quæ ꝓmiſſa cũ pluribus aliis:ĩ ꝓmiſſo libro per ſoluta
ſunt.hæc aũt ſunt.Alimẽti neceſſitas eiuſdẽ ſubſtantia.locus unde ſumanť uie ꝑ quas trãſit & diffundiť . Nutri
tiõis modus ad plantarũ ſimilitudinẽ.Cõuerſio ꝑ reſudationẽ in nutriti ſƀam. ſecundũ nobilitatẽ & ignobilita
tẽ mẽbroꝝ:alimẽti diuerſitas mẽbris diſtribuẽda diuerſis.Nã ſecũdo de aĩaliũ generatiõe.id qđ prĩo tractatuꝝ
fuerat ſic docuit.(Sed cũ potẽtia qdẽ aĩal ſit ſed ĩperfectũ:aliunde accipiat alimentũ neceſſe eſt. )Quid aũt eſſet
alimẽtũ parũ ante docuit cũ dixit.(Alimẽtũ aũt ultimũ aĩalis ſanguis eſt.)Vnde aũt alimentũ illud ad aĩal ĩ ute
ro trahať ſic docet.(Quãobrẽ utero & parẽte ut terra planta utiť ad cibũ hauriendũ donec perficiať.)Quo mõ
aũt & qbus uiis alimẽto fetui ĩ utero cõſiſtenti aditũ natura ſubminiſtrauerit docuit ſic dicens . (Quo circa ex
corde prĩo uenas illas duas natura deſcripſit.de quibus uenulæ depẽdẽt ĩ uterũ ex qbus q umbilicus uocať cõ
ſtat.)Et parũ poſt(bene aũt quaſi radices cõtingunt uterũ ꝑ q̃s alimentũ haurit.fetus eius.n. gratia ĩ utero ma-
net.)De prĩo cõſtituente ſanguine qđ alimentũ poſt hoc efficiť.ſubdit.(Sed ꝓtinus ut in plantarũ ſemĩbus ĩeſt
aliqđ tale primum qđ lacteũ uocať:ſic in aĩaliũ materia:excrementũ conſtitutiõis alimẽtũ eſt.)Poſt hæc ad nu-
tritionis modum qui & in utero & extra uterum fit ſe cõuertens:per comparationem ad plantas ſit ſcripſit. (In
crementum igitur fetuũ ꝑ umbilicũ contingit eodẽ quo plantis modo ꝑ radices atq; ẽt aĩalibus ipſis ubi abſo-
luta iam ſunt ex eo qđ continentur alimento idẽ accedit.)Cæterum poſt hæc quo nam modo membra reſudi
tione quadam alimenti & in membri naturam conuerſi nutrianť:oſtendit Ariſt.dicens. (Per uenas igiť & mea
tulos quoſq; alimentum reſudans quẽadmodũ aq̃ ꝑ tardiuſculũ funẽ in carnem aut carnis proportionale con-
uertiť frigore conſiſtens &c.)Ibi.n.modum quo diuerſa reſudante alimento nutrianť membra diuerſo quippe
mõ nũc frigore nũc alio mõ ſcđm mẽbroꝝ cõplexiões accutiſſime docet.nobile.ſ. alimẽtũ nobilibus ignobile
ignobilibꝫ mẽbris mediocribꝫ mediocre more ꝑrĩſfamilias natura diſtribuẽte.q nobiliores cibos filiis ignobi
liſſimos ſeruis bruta tractantibus medios uero mediis.Sic enim natura parens ſuos diſtribuit cibos.de quo ſcri



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bitur.(Cæterũ partium unaquæq; ex alimento gignit̃ nobiliſſima quoq; ẽt potiſſimi principii particeps ex con
cocto ſinceriſſimo primoq; alimento reliquæ neceſſariæ & illarũ gratia iſtituẽdo ex deteriore & reliqs excremẽ
tiſq;.)Hæc igit̃ pro ꝓmiſſorũ ꝑſolutiõe dicta ſint.Ex qbus oĩbus patet Ariſtotilẽ nõ in uno per ſe ſolo libro de
alimento tradidiſſe.neq; unũ ad hoc ſolũ cõfeciſſe librũ.de eo.n.& in libro de generatiõe & corruptione & ĩ li-
bro de aĩa & ĩ libro de aĩaliũ generatione plura ſcripſit.Tametſi ĩter hos oẽs illi de alimẽto ꝓprii ſunt ſermões
q in libro de aĩaliũ generatiõe traditi ſunt. Sed qcqd ſit negociũ de alimẽto pluribus eſt cõe libris.& nõ uni pro
priũ.Et hoc ſenſit Ariſtotele, in ſecũdo de aĩa libro cũ dixit.(Certificãdũ aũt poſterius de ipſo ĩ propriis ſermo
nibus.)In plurali.n.(ſermonibus dixit & nõ ſermõe.q ſermões ſunt q in libro de generatiõe & corruptione & li-
bro de aĩa facti ſunt.& libro de aĩaliũ generatõe magis proprie fiendi ſunt.Ad hoꝝ aũt fidem eſt Iohãnis philo
pomi dicti grãmatici ſup ꝑfato Ariſtotiles ſermone comẽtatio. qui colligens ea q̃ de alimento ĩ libro de aĩa tra
dita ſunt ad memoriã deduxit.ea q̃ in libro de aĩaliũ generatione docuerat Ariſtoteles dicens.(Dixit eñi aliquo
mõ de nutrimento & in iis q̃ de generatiõe & tandẽ uerbũ Ariſto.poſterius)declarãs dixit.(Dicet ãt poſterius &
ĩ negocio de generatione aĩalium ad qđ prolongauit.)ꝑ quæ uerba hic expoſitor putauit Ariſtotelẽ nõ ad unũ
de alimento ſe remiſiſſe.ſed ad plures ĩ diuerſis libris ſermones.ſ.librũ de genetatiõe & corruptione de aĩa : ſed
inter cætera ad ipſius alimenti ꝓprios ſermones ĩ libro de aĩalium generatione traditos.Huic ẽt ſententiæ uer-
ba aueroys ĩ loco hoc idẽ uoluere.Ait.n.(Et dixit hoc qa ſermo de nutrimẽto & augmẽto nõ ꝑficit̃ niſi in plu-
ribus libris)quos libros ipſemet dixit eſſe librũ de generatiõe & corruptõe librũ metheoroꝝ.librũ de aĩa: librũ
đ aĩaliũ generatõe.At q̃uis đ alimẽto ĩ pluribꝫ traditũ ſit libris uti diximꝫ: ipſiꝫ tñ magis ꝓprii ſermões illi ſũt.q
ĩ libro đ aĩaliũ generatõe ſcripti ſũt.ſermões.n.đ ſꝑmate huic libro ſũt ꝓprii cũ ſꝑma generatõis ſit pricipiũ ſꝑma
ãt ẽ aliqđ nutrimẽti cũſit eius ultimũ excremẽtũ utile.ſermões igit̃ de alimẽto huic libro ſũt ꝓprii:& hãc rõnẽ
ꝑfatus ioãnes ĩ ſuis ĩnuit dictis.Ari.ẽt tertio de ꝑtibꝫ aĩaliũ:ſermões q đ alimẽto ĩ libro de aĩaliũ generatõe fiũt
ipſi alimẽto magis ꝓprios eſſe cenſuit.cũ dixit.(Sed quo nã modo & ex quo aĩalia nutriant̃ & ex uentre capiũt
alimentum:cũ de generatione agitur aptius & expectari & explicari põt.)Si de nutrimẽto ĩ libro de aĩalium ge
neratiõe aptius q̃ in aliis expectari debet:ſi in eodẽ ẽt aptior ſit huius explicatio quis eſt q nõ cõfiteat̃ ſermões
in libro de aĩalium generatione de alimẽto factos cæteris ipſi alimẽto ꝓpriores eſſe:nec alium ꝑ ſe de alimento
ſolo ediđiſſe librũ.Ad hæc quarto de aĩalium partibus libro hoc idem iis approbat̃ uerbis. (Quẽadmodũ aũt
capiant alimẽtũ & quo nã pacto ꝑ uenas ex alimento ĩgeſto ſubeat eas ꝑtes qđ in uenis digerit̃:explicabit̃ cũ de
generatione alimẽtoq; aĩalium agemus.)iis.n.librũ hunc non ſolũ de aĩalium generatiõe ſed de alimento quoq;
eũ nũcupauit Ari.Ad hæc illud cæteris efficacius demonſtrat qđ ĩ calce q̃rti de generatiõe libri epilogo ſic ſcri-
bit̃.(Sed de alimento extrinſecus miniſtrando aĩalium atq; de generatione ĩ lucẽ & ſeorſũ de ſingulis & ſumatĩ
dictũ iam eſt.)hoc.n.epilogo clare dignoſcit̃ ſermões ĩ hoc libro ꝑtractatos: non de ſola aĩalium generatione:
ſed & de alimento proprie nũcupari debere.quo fit ut liber hic nõ de generatione ſola aĩalium ſed ẽt de alimẽ-
to quodãmõ dici poſſit.Quod igit̃ Ariſto.nõ unũ de alimento ſolo librum ediderit ſed plures cõdiderit libros ĩ
qbus de alimento fiunt ſermones:licet illi qui in libro de aĩalium generatione tradi ſunt cæteris de alimento fa
ctis propriores dici debeant:Neq; ꝑ hoc numerus librorũ deffinitus noxã ſuſcipiat: ex iis ſatis manifeſtũ puto.

Quod libroꝝ numerus Ari.de naturalibus adiogene poſitus cũ noſtro cõcordat numero. Caput. XXII.

Ltera dubitatio circa ꝑfatũ libroꝝ numerũ ex diogenis laertii uerbis inſurgit.Hic.n.ĩ Ariſto.uita de na
a turalibꝫ trigintaocto ꝑ elementa dicit ſcripſiſſe uolumĩa ultra ea nouẽ q̃ nõ ſub elemẽtis de aĩalibꝫ ſcri-
pſiſſe refert.Cõpoſuiſſe quoq; dicit nõ ſub elemẽtis anatomiarũ octo de anatomiarũ electiõe unũ.de aĩa
unũ qõnũ aĩæ duo.de cõpoſitis aĩalibus unũ.de fabuloſis aĩalibus unũ.de generationis ꝓhibitiõe unũ.quæ oĩa
de naturalibꝫ ꝑtractata noſtri definitũ.xlix.excedũt numerum.Ad hæc de aĩalibus nouẽ ĩquit diogenes Ariſto.
ſcripſiſſe uolumina.nos aũt.xxxi.ſub quatuordecim libris cõtenta poſuimus uolumina.Plinius aũt ferme quin
quaginta quẽadmodũ inferius diſtinctius demõſtrabit̃.Ad hoꝝ ſolutionẽ dicimus cum ſuperioribꝫ.ꝙ naturale
negocium duplici docet̃ uia.una qa talia ſunt.q̃ ĩ aĩalibus libro hiſtoriarũ ĩſtructa fuit.Altera ꝑꝑ qđ cãs uideli-
cet naturaliũ reddendo.Amplius dicimus ꝙ aĩaliũ negociũ tribus docet̃ unũ eſt ſ̃ba cũ operationibus propriis
Alterum generatio tertiũ uita cũ ſibi cognatis.Ea aũt q̃ de naturalibꝫ ꝑ cauſas docent̃ ſunt ea q̃ ꝑ elementa &
elementoꝝ ordinẽ ab Ariſtotile ſcripta ſunt.ſub quo ordĩe librũ hiſtoriarũ ſecundũ diogenem minime poſuit.
Sunt igit̃ ſecũdũ diogenẽ ſub elementis de naturalibꝫ libri numero.xxxviii.qbus ſi nouẽ hiſtoriarũ addantur
erunt nũero.xlvii.qui numerus.a.noſtri ſupius diffinito nũero duobus diſtat. Quæ diſſonãtia miniã hoc cou-
cordabit̃ mõ quoniã diogenes forte librum de morbo & ſanitate cũ nõ uiderit no cõputauit.librũ quoq; de me
moria ab eo q de ſenſu.& eũ q de ĩſpiratõne librũ fortaſſis ab eo q đ morte nõ ſegregauit.uti nõnulli alii quoq;
celeberrimi fecere uiri.de qbus tribꝫ aut aliis huius ſi duo uera fuerit noſtri deffinitus cũ ſuo facilime cõcor-
dabit̃ numero. Cætera ãt uolumĩa uidelicet.anathomiarũ octo.& electione anathomiarũ uel explanatiõe ad li
bros hiſtoriarũ reducunt̃. potiſſime ad eas ꝑtes q̃ de ꝑtibꝫ & generatiõe agũt. Liber ãt de aĩa & aĩæ qõnes ad eũ
reducunt̃ librũ q de aĩa ſub elemẽtis traditus ẽ quẽ tripartitũ eẽ diximus. Liber ãt de aĩalibus cõpoſitis & ille q
de fabuloſis aĩalibꝫ ad eos q de ꝑtibꝫ aĩaliũ & generatiõe & libro hiſtoriarũ ſimiliter deduci debẽt.Sed ille qui
de generatiõis ꝓhibitiõe ad illũ q de aĩaliũ generatiõe dr̃.quẽ puto illũ eẽ quẽ nõnulli decimũ putarũt eſſe hi-
ſtoriarũ librũ quẽ theodorus gaza fragmẽta nũcupauit.ĩ eo.n.pluria generationẽ ꝓhibentia ꝑtractant̃ ii igit̃ li
bri qndecim q̃uis de naturalibꝫ tractẽt nõ tamẽ ſub ordĩe elemẽtoꝝ cõputati ſunt . nec ſub hiſtoriarũ lege.q̃q̃
ueluti appendices ꝑfatis libris ſub elemẽtis cõtẽtis & libro hiſtoriarũ dici debeãt.& ſi ꝑfatis addant̃ libris pro
certo numerũ noſtro deffinito.xlix.maiorẽ faciẽt nõ tamẽ cõtra noſtrum ſenſum q libros eos ſolos ĩtelligimus
q naturaliũ hiſtorias & libros cãs reddentes ſub ordine elementoꝝ cõſcripti ſunt.Siue igit̃.xxxviii.ſub elemẽ-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tis ſecundũ diogenẽ ſiue.xlix.uti nos poſuimus.Siue plures iis ponant̃ libri nihil intereſt. nec inter hæc ulla eſt cõtradictio.quoniã hæc diuerſa ſub diuerſis uerificantur ſenſibus.

Quod numerus libroꝝ Ari.de animali negocio a diogene & numerus a Plinio poſitus cum ſuperiori noſtro concordat numero. Caput.XXIII

Nſurexit ẽt altera dubitatio ex iis q̃ dicta ſunt.Nã nos cũ uolumina de aĩalibꝯ & libros enumeraremus
i diximus eoꝝ uolumina numero eſſe trigitaunũ.ſub q̃tuordecim cõtenta libris. Diogenes aũt hic dicit nouẽ de aĩalibꝯ Ari.ſcripſiſſe Plinius aũt ĩ naturali hiſtoria cũ de leone loq̃ret̃ ferme q̃nq̃ginta Ari.alexandro aſſeruit dediſſe uolumina.dixit.n.(Alexãdro magno rege ĩflammato cupidine aĩalium naturas noſcẽdi: delegataq; hac comẽtatione ari.ſumo ĩ omni doctrina uiro:aliquot milia hoium ĩ totius aſiæ græciæq; tractu parere iuſſa oium.quos uenatus aucupia piſcatuſq; alebãt q̃buſq; uiuaria armẽta aluearia piſcine auiaria ĩ cura erãt:ne q̃d uſq̃ genitũ ignoraret̃ ab eo:quos ꝑcũctando q̃nq̃ginta ferme uolumina illa ꝓ̃clara de aĩalibus cõdidit.)Ad hæc reſpõdendo ĩ primis dicimus ꝙ nihil ẽ q̃d negociũ aut methodus aut liber de aĩalibꝯ dici debeat niſi id ſcibile totũ de aĩalibus doceat,uidelicet ſ̃bam cũ operatiõibus ꝓpriis.generationẽ & uitã.Et hac de cauſa oẽs ꝓ̃fati decẽ libri.triginta & unũ cõtinẽtes uolumina:de aĩalibus negociũ & methodus dici põt: quoniam & ꝑ hiſtorias & ꝑ cauſas totũ de aĩalibꝯ ſcibile docẽt.Illa ẽt uigintiduo uolumina ĩ tredecim cõtenta libris cauſis aĩaliũ ĩquirentia cũ totũ de aĩalibꝯ ꝑ cãs ſcibile doceãt:negociũ de aĩalibus dici põt. Ceterũ nullus eſt liber q̃ de aĩalibꝯ liber dici ualeat niſi ille q̃ de aĩaliũ hiſtoriis dr̃ ipſe.n.ſcibile totũ.ſ.ſ̃bam generationẽ & uitam quo quo mõ docet.Cæteri aũt ſinguli libri nõ totũ de aĩalibus ſcibile ſed aliq̃d de ipſis docẽt aĩalibus.Verus igitur erit diogenis ſermo quo dr̃ ari.de aĩalibus nouẽ cõdidiſſe.ſunt.n.ea nouẽ q̃ ĩ hiſtoriis aĩaliũ cõtinent̃ q̃ de aĩalibus ꝓprie dr̃ liber.uerus ẽt eſt ſermo noſter cũ diximus ari.xxxi.de aĩalibꝯ feciſſe uolumina ĩ.xiiii.cõtẽta libris ii.n.oẽs libri totũ de aĩalibus cõtinẽt nogociũ.de hoc tamẽ noĩe(de aĩalibus) diſtincte magis ĩ inferioribus tractabit̃.Id ãt ꝙ Plinius dixit ſermone ꝓbabili ſic uerificari põt.ſunt.n.uolumina ferme q̃nquaginta de aĩalibus ab ariſt. edita ſi ꝓ̃fatis libris ſuos cõplices & apẽdices adiũxeris.q̃ nũero ſupius q̃ndecĩ enũerati ſũt.octo uidelicet anathomiarũ.unus de anathomiarũ electiõe uel explanatiõe. unus de aĩa.de aĩæ q̃õnibꝯ duo.de compoſitis aĩalibꝯ unũ de fabuloſis aĩalibus unũ.de ꝓhibitõe generatõis unũ.q̃ oẽs.xlvi.uel.xlvii. iuxta nõnulla exẽplaria græca ẽ q̃bus diogenes de anathomiis nouẽ dicit ſcripſiſſe uolumina reddũt numerũ.ferme q̃nq̃geſimũ attingentẽ ut ipſe quoq; Plinius dixit.Quod igit̃ nulla ſit ĩter diogenẽ pliniũ & noſtrã ſñiam dr̃ia circa numerũ libroꝝ phyſicæ doctrinæ ari.ex iis ſatis manifeſtũ ẽ.at quoniã octo uel nouẽ de anathomias uoluĩa ab ariſto. eſſe compoſita diximus;utrũ hoc ueritatẽ habeat rationibus aliquantulum diſputandum eſt.

Quod ariſtotiles de anathomiis uolumina ediderit. Caput.XXIIII.

Alenus.n.libro ẽ matricis anathomia aſſerere ur̃ ari.de anathomia ĩter cæteros ægregie ſcripſiſſe loq̃ns
g enĩ de uaſoꝝ mulierũ ſꝑmaticoꝝ ĩplãtatiõe dixit.(Has ãt ĩplatatiões neq; ari.neq; erophilus neq; eudomus nouit memini autem iſtoꝝ non ſolum q̃nia ſoli non nouerant ſed tanq̃ optimorum anathomizatorum)Ipſe ẽt ari. pluribꝯ locis ſe de anathomiis ſcripſiſſe nã tertio de ꝑtibꝯ li.ait.(Sed q̃ diligẽtius noſſe uelit quẽadmodũ uene ĩter ſe hẽant & ex anathomiis cõtẽplari oportet & ex aĩali hiſtoria.)theodo. uero gaza dixit.(ſpectare id tũ ꝑ diſectionẽ tũ ẽt ꝑ comẽtationẽ hoc ẽ hiſtoriã aĩaliũ debẽt. )Eodẽ ẽt li. ait(quonã mõ hæc ita ſe habeãt tũ ſitu tũ ẽt ſpecie ex hiſtoria diſectiõeq; aĩaliũ petẽdũ ẽ) Græce ãt ſcriptũ eſt ĩ plurali ex anathomiis prĩo ẽt de aĩaliũ generatiõe.de utero loquẽs dixit(quomõ ſe hẽant oportet & ex anathomiis & ex hiſtoriis cõtẽplari.)Hoc ẽt ſc̃do de generatiõe aĩaliũ dicẽs(patet hoc ex hiſtoriis & diſectionibus aĩalium.)Nõ parũ poſt ẽt ſic ſcribit̃.(Oportet aũt hæc cõtẽplari & exemplis eorum q̃ ĩ anathomiis & eoꝝ quæ in hiſtoriis & comentariis.) per hæc enim uerba ſe de anathomia ſcripſiſſe innuere uidetur. Tam & ſi per eadem uerba maxime ex uerbis theodori aliquis forte capere poſſet non libros de anathomiis.ſed inciſionum opus manuale intellexiſſe uerior tamen eſt prior ſñia.potiſſime cum a galeno comprobata ſit.niſi forte libros hiſtoriarum qui & partes & generationem narrãt ari.anathomias ĩtelligere uolueris.cũ & ꝑtiũ ſitũ & formã & iuuamẽta determinãt.q̃d ꝓfecto difficile eſt recte poſſe iudicare hoc tamẽ te ſcire uolumus ꝙ illud ꝙ diogẽis ĩterpres ſcripſit anathomoꝝ apud matrẽ græcã ἀντομῶν anathomõ repit̃.q̃ q̃dẽ genetiuus pluralis.& illius ανατομον anathomon. & illius nois ἀνατομη anathomi eẽ põt.ſed ſi illius noĩatiui anathomõ ponat̃ genetiuus:nihil penitus ad rẽ ſignificauit.anathomũ.n.diuiſũ ſiue ĩſertũ ſignificat.niſi forte diximus ꝑ illud anathomõ aĩalia ĩſecta ut opes ĩtellexiſſe ita ut de illis octo uel nouẽ cõpoſuerit uoluĩa.Sed hoc minĩe ẽ.eo q̃a talia aĩalia apud græcos peculiare non hñt.dicũt̃.n.ἔντομα.enthoma.nõ ãt enthoma.eſt igit̃ illius nois anathomi genetiuus.quã nos latini uocabulo græco anathomiã uocamus. melior igit̃ fuiſſet ĩterꝓ̃tatio ſi anathomiarũ dictũ fuiſſet.ut dixi quãdo cũ ĩſecta ut apes græci uolũt exprimer̃ aĩalia:nõ anathoma ſed ꝓprio eoꝝ noĩe enthoma dixerũt. Hic igit̃ anathomiarũ liber libro hiſtoriarũ ãnexus ur̃.potiſſime cũ ipſa anathomia eoꝝ q̃ ĩ hiſtoriis docent̃ maxĩe eius ꝙ ẽ de ꝑtibꝯ:ſit exẽplũ maxĩe cũ utrũq; ſimul librũ & hiſtorias & anathomias:ari. ĩ ſuis ſꝑ copulet dictis quoꝝ deĩde oium cauſæ & ĩ libro de ꝑtibꝯ & libro de generatiõe ĩq̃runt̃.Et hac de cã uti ſup deduximus ipſemet ari. ĩ hiſtoriis & ĩſectõibꝯ patere dicit.anathomias.n.ſꝑ cũ hiſtoriis copulat.q̃ſi earũ ſint exẽplũ & apẽdices. Et hæc ſatis de alimenti cõſcriptiõibꝯ & uera diogenis & plinii cũ noſtro libroꝝ definito nũero cõcordia dixiſſe ſufficiãt. Quis igit̃ ſit ꝑtiũ ac libroꝝ doctrinæ phyſicæ ari.numerus & ordo ſc̃dm uerã pateticoꝝ ſñiam ex iis q̃ in huius nr̃i libri prĩo uoluĩe tractata ſunt q̃ſq; ſufficiẽti ĩtelligere poterit.

Volumẽ ſc̃dm & ẽ diſputatõ ɔtra nõnullos errãtes circa ordinem q̃rtæ & q̃ntæ ꝑtis. Sectio prĩa. Vnũ habẽs caput in quo contra eos qui dixere plantarum negocium ordine doctrinæ precedere ad negocium de anima-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

libus:pluribus diſputat rationibus.

Xpeditis generatī ac ſingulatim ī priori uolumine:particiōe:ordine: ac numero ptiū ac librorum phyſicæ doctrinæ ari. Nunc quorūdā errores circa pdicta corripiēdi ſunt.ac prio ordinis errorē partis ad
e
partē.illius ſcdo q circa ordinē cadit pticularū ptis unius q̄ ē de aīalibus:reprobabimus. Queſtio de ordie ptis ad ptē ē: q̄ nā ps ordine doctrinæ ac tractatōis pcedere debeat.an ea q̄ de aīalibus:an potius q̄ eſt de plātis Ad hoc latini oēs & Aueroys & Auicenā reſpōdēdo plātas pponūt aīalibꝰ.quoniā cū ſimpliciora ſint ſecūdū natură priora ſunt.natura.n.ab ināiatis ad plātas p gradus pcedit.a plātis gradatī ad aīalia.ad hoc āt nos dicimus ꝙ ſimpliciora cōpoſitoribꝰ:uti uere dicūt:ſecūdū naturā priora ſunt ſicut prīcipia ī libro de phyſica auditōe tradita: priora ſunt iis quæ ſunt ex prīcipiis.quoniā ſimpliciora.& ideo prius doceri dbuere.ſimiliter ſimplicia per tractata ſunt prius in libro q de cœlo & mūdo & li.de generatiōe & corruptiōe q̄ mixta:cū eis priora ſint natura. pari ēt mō iter ea q̄ mixta ſunt:ināiata ipſa:aīatis.tractatiōis.n.ordo ī ſciētiis habēdus: ab his q̄ ſimpliciora ſunt ac natura priora.ad minus ſimplicia gradato ſucceſſu procedere debet. modū tñ demōſtrādi quo pdcā tam ſimplicia q̄ cōpoſitiora ī nālibꝰ potiſſime doceri debēt:ab his q̄ nobis notiora ſunt licet ſimpliciter ignotiora ſint pcedere debet ut ī eo q̄ d phyſico auditu ſcriptū ē. Hæc igiť ī ordīe tractatiōis:& quo ad doctrinationē noſtrā ſic ſe hr̄e debēt ſi iter ea nulla ſit ī eorum iſtructiōe accōmodata oportunitas. Cæterū ſi cōpſitiora ac ſimpliciter poſteriora talia fuerīt ꝙ eorum cognitio ad cognoſcēda ſimpliciora:qdā forma ac exēplar ſit:in talibꝰ nō dixero tātū ī demonſtrādi mō:ſed ī ordine quoqꝫ tractatiōis.prius doceri debēt ea q̄ aliorum ſunt exēplar q̄q̄ cōpoſitiora & natura poſteriora ſint.ut ex eorum priori cognitiōe ī ſimpliciorum cognitionē:tāq̄ ab exēplari quodā:facilius aptiuſqꝫ manuducamur. Hac mōitiōe ductus Ari.ī prīo de hiſtoriis dixit prius de ptibꝰ hois q̄ cæterorum aīaliū:q̄q̄ ſimpliciora eēnt:cōmodiori ordīe ſe tractaturū.quoniā ptes noſtræ q̄q̄ plurimis aliis natura poſteriores ſint:cū ille ſimpliorē habeāt naturā: at tñ nobis certæ magis ac explicatæ ſūt cū eas familiariter aſſidue pertractemus. Nā ſicut numū rei alicui cōferēdo iā certæ ac explicatæ q̄le ſit experimur:ſic cæterorum ptes aīaliū p hois ptes optīe a nobis exploratas ac certas.cognoſci debēt hoc idē de reliqs dicať rebꝰ. Ait.n.(Sed primū ptes hois explicare dēmꝰ.ut.n.nūos ad id qđ ſibi qſqꝫ exploratū certūqꝫ habeat pbare ſolet. ita cæteri quoqꝫ ī rebꝰ agēdū ē.at hō aīaliū maxīe oīum notū nobis neceſſario ē. A ſimili dicimus ꝙ aīalia reſpectu plātarū magis certa ac explicata nobis natura.n.eorum nobis ē explorata plurimiſqꝫ explicata magis.q̄re ueluti plantarū exēplar ea nos prius diſcere dēmus.ut pportiōe q̄dā qđ de aīalibꝰ iā a nobis tāq̄ explicatioribꝰ:ſuſceptū fuerit: De plantis quoqꝫ id ī nobis elucefcat.de ordīe.n.loqmur quo nos rerum ignari ad capeſcēdā doctrinā paſſim manuducimur hoc āt fit ſi ab exēplari quodā aīalibꝰ īſcriptori plātarum exēplū accōmodatiſſime ducamur.de quo Theophraſtus ī hiſtoriis plātarū ait.(Ad ſumā oīum q̄ ī plātarū genere ſpectanť:ſimilitudo expetēda ex iis q̄ aīalibꝰ inſūt quoad fieri poterit.)Partes.n.plātarū īdiſtinctæ ſunt:ita ut diſcerni neqant niſi aīaliū ptibꝰ collactæ fuerint.qn ēt noīa ut inqt Theophraſtus ab aīalibꝰ ſuſcepe. Venā.n.carnē.cutī.matricē.de plātis dicius:ab aīali noīa ſuſcipiētes:q̄re aīalia tanq̄ plātarū exēplar prius tractari debēt. Nā & ſi plātæ ſimpliciores ſint nō pp hoc uti dixius prius doceri debēt.tūc.n.ſimpliciora ac ī natura priora prius doceri licet:cū cōpoſitōra ſimplicioribꝰ cognatio nis exēplar minīe fuerit.ſic.n.prīcipia iis q̄ ſūt ex eis:ſic ſimpliciora ueluti cœlū & elemēta q̄tuor: cōpoſitōribꝰ ſic ināiata aīatis prius doceri debēt. Nō.n.prīcipia:prīcipatorum.nō ſimplicia:cōpoſitorum: nō ināiata puta lapides aut metalla:aīatorum:cognitiōis modulus ſeu exēplar ſūt. Cæterū aīalia ipſa plātarū cognitiōis forma ſunt & exēplar. Hac de cā Theophraſtus ī plātarū cognitiōe hāc uidēs cognitiōis oportunitatē:de qbꝰ & quo ordine eius pceptor ari.de aīalibꝰ tradiderat:diſciplinā:de eiſdē pene rebꝰ.ſ.ſbā:generatiōe:& uita.eodēqꝫ fere ordīe:de plātis ipſis ī hiſtoriarū potiſſime libris:ī tractatōe ſua eiuſdē ſequutus ē ueſtigia. Ad hæc natura ī operibꝰ ſuis ut ī octauo de hiſtoriis libro ſcribiť ab ari.ab īaīatis paſſim trāſiens pcedit ad plātas.tali qppe lēto gradu:ut nōnulla inter ea talia pduxerit: q̄ uix an uita pticipēt diſcerni poſſit.a plātis ēt ſic pcedit ad aīal:ut qdā iter plātas & māifeſta aīalia pducanť:q̄ uix cognoſci poſſunt an ſenſu pticipēt.a brutis quoqꝫ ſic ad hoīes gradatī pceſſit:ut īter ea nōnulla reperianť: q̄ quodā uideanť uti rōnis ueſtigio. Inter q̄ oīa ſic a natura cōdita:hō notiores cæteris habet ptes. poſt quē pfecta bruta:puta ſanguinea notiores īpfectis ſanguīe carētibus. Impfecta illis notiores habēt ptes:q̄ media admodū ſunt uerſus plātas.plātæ ēt ſuas habēt cōſimiliter ptes aīalibꝰ quodāmō pportiōales. Queadmodū igiť ari.prius de hois partibus docuit:qa nobis notiores ſunt:Cæterorum aurē prius de ſanguineorum pfectorum partibus q̄uis cōpoſitores ſint deīde īperfectorum:quorum ptes nobis occultæ ſunt: & pportōe ad pfectiora cognoſcunť:pari rōne ante tractationē de plātis:prius doceri debēt ea q̄ de aīalibꝰ.ut ex illorum cognitiōe tāq̄ modulo ac exēplari quodā:ī plātarū cognitionē uti exemplū manuducamur. In aīalibus.n. imperfectis nō carnē diſcernimus:nō ſanguinē:nō cor:nō pulmonē.ſed p hæc de pfectis ſcita: tales cōcludimus ptes occultas uel pportiōales eē ī nō pfectis.puta cordi pulmōi.ſanguini pportiōale aliqd:pari ergo rōne de plantis reſpectu aīaliū dicēdū ē. ſi.n.aīalis cognitio plene priꝰ hita fuerit:tūc pfecto corticē eē uelut ī aīali cutis ptē: lignū uti Caro: humorem nutrire ut ſanguis: Radicem tanq̄ os cibum ad ſumere fructum tanq̄ fetum. & ſic de cæteris in plantis oportune doceri poterimus.dicimus enim ſurſum in plantis per analogiam ad animalia. ſimiliter deorſum. Quare neceſſe eſt cognitionem de animalibus:ad eam quæ de plantis precedere. Hoc idem Ariſtotiles in principio metheorologicorum nobis demonſtrat.ſacta eni tractatorū collectiōe: iis quoqꝫ ppoſitis q̄ in eo tradi debēt libro:ſe tandē in poſterioribus de aīalibus & plantis tractaturū nobis policetur dicens.(cū de his pertranſiuerimus temptabimus ſi quid dicere poſſumus ſecundū inductū modū de aīalibꝰ & plātis.)Itē in fine eius qui de cauſa eſt longitudinis ac breuitatis uitæ dicit(Sed de hoc quidem ſecundum ſe in his quæ de plantis determinabitur.) iis enim in duobus locis in quibus locis de ipſo ordine potiſſime cura eſt: animalia pposuit plantis.preter hæc cū ī fine quarti libri metheorologicorum ſimilares ptes dixiſſet fieri ex elemētis: ex

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſimilaribus át ꝑtibus diſſimulares:ex iis tádé aíata cõpoſita fieri oſtédit.hoiem uerbi gr̃a plátam.ꝑ quæ uerba nobis indicat ut Alexáder aphrodiſeus inq̃t librũ de ꝑtibꝰ aíaliũ mox comitem eius eſſe q de meth:eorologicis inſcribiť .ait.n.ibidé.Alexáder (Hũc librũ ſequi uideť q̃ de ꝑtibus aíaliũ.í ſecũdo.n.de ꝑtibꝰ aía iũ de qbꝰ hic dicebat oportere facere dixit . dicit.n.in ipſo primo qdé de ſimilaribus ꝑtibus . deinde de diſſimilaribus q̃ ſunt ex iis) per q̃ oía ſupius diſputata demõſtratũ eſt q̃tenus aíalia ante plantas doceri debeant . pro dictoꝝ tñ oportunitate ac dicẽdoꝝ intelligẽtia hoc ſciri oportet.ꝙ cũ in fine aut í pricipiis aut mediis libroꝝ ariſto.aliqđ de prius tractatis colligit aut de dicẽdis ꝓponit:tũc illud ꝓ uero ordine obſeruãdũ ẽ.niſi forte aliqua ꝑticulari de cá hoc factũ fuerit.quoniá dictoꝝ collectio & dicẽdoꝝ ꝓpoſitio :ordiné notat.q̃re illud qđ in pricipio metheoroꝝ ſic ſcriptũ ẽ ( Téptabimus ſi qd poſſumus.ſecũdũ inductũ modũ aliqđ ſpeculari de aíalibus & plátis) ſicut ẽt in fine de lõgitudine uitæ.in iis.n.aíalia ꝑ̃ponit plátis.Ideo ex iis accipiendũ eſt ꝙ tractatio de aíalibus ꝑ̃cedere debeat eá q̃ de plantis.Nõ ab re aũt dictum eſt:niſi forte aliq̃ ꝑticulari de cá hoc factũ fuerit : Si.n.aliq̃ cá ꝑ̃ter ordiné colligere eũ impulit tũc talia in his locis uerba nõ oímode indicant ordiné. quéadmodũ in principio de generatiõe aíaliũ factũ eſſe cognoſcimus.ubi ea q̃ de ꝑtibus tractata ſunt colligit non ut hunc librum de gñatione cũ eo q de ꝑtibus aſocieť.ſed alia ꝑticulari ſupius definita & inferius magis definienda cá:ſic etiam in pricipio de cá lõgitudinis ac breuitatis uitæ ubi nõ gr̃a ordinis dicẽdoꝝ addicta collegit de ſomno & uigilia ſimiliter quoq; í pricipio eius q đ motu aíaliũ.ut ꝑti ſupius. ꝑti íferius magis demõſtaabiť.Cæteꝝ ſi forte í libroꝝ intermediis potiſſime nõ colligẽdo nec ꝓponendo ſed abſolute ꝓ oportunitate rei de q̃ ibidé agiť: dicat de tali re aut tali alicubi tractaſſe:aut tractatuꝝ eẽ:puta ſi in libris de aíalibus abſolute dicat de hiis dictũ ẽ in iis q̃ de plátis:uel ſimilia uerba:talia ꝑfecto uerba ordiné doctrinæ nõ demõſtrát.neq; ꝑ hæc aut ſimilia uerba ítelligere phas ẽ librũ de plátis ꝑ̃cedere ea q̃ de aíalibꝰ.& ſicuti de plátis hoc íductũ ẽ exéplũ reſpectu aíaliũ:ſic quoq; de cæteris dicať libris íuenies.n.nõnũq̃ ariſto.de aliq̃ materia ſcribẽté:dicẽté ſe in aliquo libro de tali re ꝑtractaſſe.q tñ liber doctrinæ ordíe eo poſterior ẽ q pre manibꝰ habeť quin aliq̃do de eodé nũc dicit ſe tractatuꝝ:nũc feciſſe tractatũ.q̃admodũ í libro de aíaliũ ꝑtibus ſcđo ait.(q̃obré de ſtirpiũ ſiue plátaꝝ forma ſeorſũ agẽdũ ẽ)Et prío de aíaliũ gñatiõe dicat.(Sed đ ſtirpibꝰ ſiue plátis ſeorſum ope ꝑ ſeipſis dicato agẽdũ ẽ)Cũ tñ alibi uidelicet circa ſcđi libri đ aíaliũ gñatiõe calcé cõtrariũ uelle uideať.loqués.n.de plátis dixit ſed de his alibi a nobis diſputatũ ẽ.) í primis.n.duobꝰ ſermõibꝰ ante plátas aíalia ꝑ̃cedere ſentire uideť í tertio át cõtrariũ í ſuis uerbis niſi recte ítelligať uelle uideť. talia.n.dicta nõ í pricipiis aut libroꝝ finibꝰ:ſeu nõ í expeditiõe alicuius materiæ uel íceptiõe alicuius materiæ.ſed intermediis potius materiebꝰ abſq; tractatoꝝ collectione & agẽdorũ ꝓpõne nec de ordine dicta ſunt. Per hæc itaq; pluribꝰ demõſtratũ ẽ:doctriná de aíalibus antecedere ad eá q̃ ẽ de plátis.ex qbꝰ manifeſtũ ẽ quoniá ponẽtes plátas áte aíalia í ordíe doctrinæ credẽtes ari.ordiné imitari: nõ ſunt ariſtotelis.ſequuti ueſtigia:imo ab eo in hoc & a paripateticis ueteribus non parum deuiauerunt.

Sectio diſputás ꝯtra illos q nõ recto đ aíalibꝰ negociũ diſponũt ordíe.Ca.I.đ duobꝰ epilogis íuicé aduerſátibꝰ.

d Iſputaturus de erroribꝰ í ordine libroꝝ de aíalibus phyſicæ doctrinæ Ari.cadẽtibꝰ í primis de duobus agá ſermõibꝰ:inuicé aduerſantibꝰ.quoꝝ alter ẽ quo í fine de ꝑtibus aíaliũ ſic ſcriptũ repiť( ſed de ꝑtibꝰ aíaliũ quá ob cám quæq; ſint dictũ iá ẽ ꝑ oía aíaliũ gñ̃a q̃ cũ explicata ſint ſeq̃ť ut de gñationibꝰ diſſeramus)ꝑ q̃ accipiť librũ de gñatiõe aíaliũ mox ad eũ ſeq debere q de ꝑtibꝰ agit Ex aduerſo át hẽť í fine de motu aíaliũ ſub iis uerbis.(De ꝑtibꝰ qdé igiť uniuſcuiuſq; aíaliũ & đ aía:Adhuc át & de ſenſu & memoria & ſomno & cõi motu dixíus cás.Reliquũ át de gñatiõe diceť).qno ſignificať libros đ aía:đ ſenſu:de ſõno:đ memoria: đ cõi motu íter eũ q đ ꝑtibꝰ & eũ q đ gñatõe medios eẽ.ergo ãbo hii ſermões íuicé aduerſari uideť.De hiis igiť qs uerus ſit qs falſus:& quõ falſus & q̃ ná fuerit đceptõis cá nũc docẽdũ ẽ.cũ qbꝰ ẽt de altero quodá diſputabimus ſermõe ab ariſto.í libro de lõgitudíe ac breuitate uitæ poſito rõne cuius plurimi oborti ſunt errores.

Quod epilogus ſeu ſermo poſitus in fine libri de motu animalium in communi uerus eſt:& qui í fine libri de partibus inuenitur eſt falſus. Caput. II.

d Icimus igitur ꝙ ſermo ille qui eſt í fine de motu uerus ẽ.alter uero deprauatus. qbus.n.illũ correxero: iiſdé hunc approbabo.Ná iſte de ꝑtibus inartificioſus ẽ.nec Ariſtoteli ígenioſiſſimo cõdecés :neq; poſteriora prioribus coniungés.idé.n.ẽ ac ſi diceret dixi de A nũc dicá de B & í pricipio ſequẽtis libri eadé ꝑ̃ciſe repetẽdo dicať.dixi de A nũc dicá de B.Eſt.n.nugatio potius q̃ prioribꝰ poſterioꝝ ígenioſa copula . in uigiti tribꝰ.n.dcís locis nõ repiť uti dixíus:q í li.fine collecta & ꝓpoſita fuerit eadé ꝑ̃ciſe ſe í li.pricipio mox ſeq̃ntis collecta fuiſſe & ꝓpoſita.Si.n.í pricipio alicuius colligiť & ꝓpõiť:í áterioribꝰ uel ſolũ colligiť uel ſolũ ꝓpõiť licet hoc raro cõtigat:uel nihil de his efficiť.Si át utrobiq; í fine ac pricipio colligať & ꝓpõať: hoc non preciſe idem fit:quale in principio de generatione animalium & fine de motu contingit.in principio enim de generatiõe colligũť ꝑtes & generatiões ꝓponũť í fine uero de motu generatiõis tractatõ ſimilirer ꝓpõiť : ꝑtes quoq; colligũtur.Sed í hac collectione nõ ſolas partes quæ ſolæ in principio de generatiõe collectæ ſunt: Sed q̃nq; alios colligit libros í tota pría ꝑte quæ ẽ de aíaliũ eſſẽtia & eẽntialibus opationibus cõtẽtos uidelicet de aía de ſenſu de ſomno & uigilia de memoria de cõi motu ; eadé.n.utrobiq; ꝑ̃ciſe colligere ac ꝓponere íartificioſum ẽ.nec Ari.cõſuetũ.Ná ſi epilogus í fine de motu ꝑticularis fuiſſet:iam ꝑtes ipſas non collegiſſet.cũ ab eo libello remotæ eẽnt.Sed ſomnũ potius ſibi cõterminũ.At cũ liber iſte totius iá exactæ ꝑtis q̃ ẽ de aíalium ſubſtátia ac ſubſtantíæ opaitiõibus ꝓpiquis terminus eẽt:neceſſariũ fuit feciſſe epilogũ generalé:non ſolũ cõterminos colligẽté libros :Sed remotiora quæq; diſputata & ꝓxiora cõphẽdẽté :& hac de cá ꝑtes quoq; uti prío diſputatas collegit:pari modo í pricipio de aíaliũ generatiõe ex ícidẽti cá:nõ gr̃a ordinis de ꝑtibus ad memoriá reuocauit. non.n.ordine ad hoc cogẽte hác de ꝑtibus fecit collectioné.quæ át fuerit ea ꝑticularis cá q eũ ad hoc impulerit:inferius poſt pauca dicẽdum erit.Preter hæc ſi liber de partibus cõtinuať cum eo qui de gene-

ratione:mox ea deſtrueret reſpōdētia q̃ hiſtoriæ iis que de cãis agũt:manifeſte cōgruũt nam inter partes & generationem in libro hiſtoriaꝝ in negocio de animalibus:ea quæ de ſenſu de uoce de ſomno & uigilia interpoſita ſunt. Quare in his q̄ de cauſis:poſt ipſas partes liber de animaliũ generatioue nō recte copulabit̃. Præterea ſimilitudo epilogi ĩ principio quinti hiſtoriaꝝ facti ubi primo de aĩaliũ generatione agere incipit per hiſtorias & eius cōgruitas cũ hoc epilogo iu fine de motu facto:nobis manifeſte oſtendit hũc ſermonem qui eſt in fine de motu ueꝝ eſſe ibidē.n.in quinti principio ſcriptũ eſt (Expoſui ꝑtes aĩaliũ oĩum tũ iteriores tũ exteriores atq; etiam de ſenſibus de uoce de ſomno : & quæ fœminæ mareſue ſint:iam explicaſſe exiſtimo:Reſtat ut eorundem generationes ꝓſequamur) hic.n.epilogus & eius locns cōformis eſt cũ epilogo ꝓ̄fato poſito in fine de motu eorundē.n.idē eſt proportione locus.ille.n.in fine eſt eius libri qui eſt de motu:ad quem de generatione mox ſequitur. hic autem in hiſtoriis poſitus eſt in priucipio eius partis in qua narratio incipit de generatione ille colligit partes:& ea quæ de anima de ſenſu de memoria de ſomno & comuni motu.poſtremo de animaliũ generatione proponit:iſte autē eadem omnia prædicta colligit quæ in fine de motu collecta fuerant.preter memoriam & animam:de quibns in hiſtoriis nihil determinati tractatũ eſt.Si autem in eo q eſt in principio quinti colligit de mare & fœmina:hoc nō tollit epilogoꝝ ſimilitudinem.quoniam in hiſtoriis ante hiſtoriam de generatione de iis determinatum fuerat. & iccirco iſta colligere oportuit.in contemplatione uero cauſarum non ante generationem de mare & fœmina.Sed ſimul cum generatione animalium. debita de cauſa ut ibidem ariſtoteles demonſtrat:licuit contemplari.Hæc itaq; duorum epilogorum ſimilitudo tam in his quæ epilogant̃. q̄ in ipſis locis epilogorum:nobis oſtendit ꝙ epilogus ille ſiue ſermo in fine de motu poſitus : illi alteri poſito in principio quinti hiſtoriarum conformis : uerus ſit. & ꝙ locus ille ſcilicet finis libri de motu : ei ſit libro propinquus qui de animalium generatione dicitur. Ad hæc expedita priori parte quæ eſt de animaliũ ſubſtantia ac ſubſtantiæ operationibus propinquis:merito tota illa pars prima in fine ſui per epilogum colligi debuit.priuſq̄ ſecũda pars pertractaretur.quemadmodum completa fecunda ꝑte mox in cōgreſſu tertiæ partis in principio octaui libri de hiſtoriis primam prius & ſecundam collegit dicens (Generatio & reliqua animalium natura ita ſe hēt)Hoc q̄ntũ ad primã & ſecũdã ꝑtē(Actioues ãt & uitæ ꝓ moribus uictuq; differũt)Hoc quantũ ad tertiã.Ex quo igit̃ ĩ pricipio tertiæ collecta eſt ſcđa ꝑs:rōnabile fuit ĩ fine primæ qđ factũ eſt in fine libri de motu aut ĩ principio ſcđæ qđ factũ ē ĩ prĩcipio q̄nti hiſtoriarum collegiſſe primã.& in fine primæ ꝓpoſuiſſe de ſcđa qđ fecit dicēs( Reliquũ ãt ē de generatione dicere)ĩ prĩcipio ãt tertiæ nihil ꝓpoſuit de tertia ſed ſtatim proſequutus ē.quoniã ipſa ſola tertia ꝑs ſuperat poſtremo hoc idē oñdit̃ quoniã in fine libri de aĩaliũ ꝓgreſſu ait( Quæqdē igit̃ de ipſis cæteris ꝑtibꝫ)hoc q̄tũ ad librũ de ꝑtibꝫ(& eoꝝ q̄ circa ꝓgreſſũ aĩaliũ circa oēm ſcđm locũ mutationē hũc habēt nodũ) Hoc q̄tũ ad librũ de ꝓgreſſu. (iis determinatis cōſequēs ē determinare de aĩa). ꝑ hoc itaq; patet ꝙ poſt eũ q de ꝑtibꝫ ſeq̄t̃ ille q de ꝓgreſſu.poſt quē deĩde ſeq̄t̃ ille q eſt de aĩa.nō ergo poſt illũ qui de ꝑtibus mox ſeq̄t̃ ille q de gñatione.ut ſermo ille alter in fine de ꝑtibus inuctus ſentire uidet̃. Quod igit̃ ſermo qui eſt in fine libri de motu animaliũ in cōi:ſiue epilogus ibidem poſitus ſit uerus. Alter uero ſcilicet q in fine libri de partibus reperitur falſus ſit:ab aliquo ſcilicet quemcunq; uolueris deprauatus :ex iis demōſtrarum eſt.quæ autem ſit falſitas uel deprauatio & deceptio:& quæ deceptiōis cã:ex mox dicendis fiet manifeſtũ.

Quænã fuerit deprauatio epilogi libri de partibus & quæ cauſa deprauatiōis & de ſimili deceptione q̄buſdã in libro de longitudine uitæ occurrente. Caput. III.

a Riſtoteles in primis quatuor hiſtoriarum libris partes omnes animalium:marem etiam & fœminam expediuit.Cæterum in libro de partibus qui quatuor illis congruit:neq; partes ad generationem neq; marem aut fœminam tractauit.Sed hæc uſq; ad libtum qui eſt de generatione:certa de cauſa rationabili diſtulit.ipſe igitur iam de generatione tractaturus:cum multa poſt partium tractationem interpoſuiſſet ſcilicet librum de anima de ſenſu & ſenſibili de memoria de ſomno & eum librum qui de cauſa motus animalium in communi dicitur:memor nundum partes ad generationem oportunas ſe pertractaſſe: neq; de mare & fœmina quæ duo in quatuor hiſtoriatum libris libro de partibus correſpondentibus pertractata fuerant ut lectoribus quæ reſtarent tractanda de partibus oſtenderet:mox in principio libri de generatione ea quæ de partibus pertractata ſunt:ad memoriam reuocans ſumatim collegit dicens(Cum de cæteris animalium partibus tum ſumatim tum ſingulatim ſeorſum de propriis generis cuiuſq; dictum ſit). & poſt pauca(Reſtat ut de partibus quæ ad generationem pertinent diſeramus de quibus nihil adhuc definitum eſt).ac ſi diceret de cæteris animalium partibus rectum hiſtoriarum ſequendo ordinem alias in libro de partibus pertractauimus.:ſed nō complete.quoniam nec partes ad generatōnem:nec marem nec fœminam determinauimus. nunc igit̃ ad illarum complementum uoluimus ſimul cum generatione ipſas tractare partes ad generationem oportunas.marem quoq; & fœminam.Si enim partes ad generationem prius in libro de partibus pertractaſſet:ea quæ de partibus ipſis pertractauerat hic minime collegiſſet.Cauſa ergo propter quam ea quæ de partibus in hoc collegerit principio:non ea fuit ut per hoc librum de generatione cum libro de partibus continuum indicaret:Sed ut oſtenderet ea ſe nunc fore perfecturum in libris de generatione:quæ in libro de partibus pretermiſſa fuerant uidelicet ſcientiã de ꝑtibus ad generationē aĩaliũ oportunis.Quod nō ſatis ĩtelligēs Apelicō theius diſcipliæ ꝑfecto amator:licet nō plurimũ eruditus:uel q̄ſq̄s alter fuerit q uerã Ari.lr̃am uitiauit:ĩ manifeſtũ ĩcidit errorē.hic.n.pluria ariſto.ut ĩq̄t Strabo deprauauit. Ariſtoteles.n. libros plurios cōgregauit.primuſq; bibliothecã ordĩauit adeo ut ſpeuſippi libros triginta argenti talentis emerit ut aulus gelius & diogenes laertius ſcripſit. a quo etiam egyptii reges bibliothecæ ordinem didicere.hãc autem librorum copia cum ſuis Theofraſto eius diſcipulo cum ſcola reliquit hic autem dictam ariſtotelis bibliothecam cum ſuis:Neleo ſuo diſcipulo & condiſcipulo ex ſcepſi ciuitate nato poſt eius mortem teſtamento conceſſit:qui Neleus illic recedēs: eam ſcepſim

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

detulit poſteriſq; ſuis litterarum ſane imperitis dedit.ii libros hos incluſos ac negligéter poſitos tenebant.Senti
entes autem Athalos reges ſub quibus erant:ſtudium in conquirendis libris maximũ habere ad bibliothecam
inſtituendam quæ pgami erat:ſub conſilio peſſimo eos ſub terra in quadam foſſa occuluerũt.quos tandem illi
qui ex eo genere erant Apeliconi theio magno uenditos precio tradidere. Ariſtotelicos ſcilicet & Theofra
ſticos: tineis & humiditate labefactos : ille uolens corroſiones emendare eos tranſcribendos dedit . ſcriptu
ra non recte ſuppleta libros edidit erroribus plenos.ut inquit ſtrabo.A Theofraſto igitur uſq; ad illa tempora
peripathetici cum penitus libris carerent:paucis dumtaxat exceptis:nihil habebãt in quo firmiter philoſopha
rentur. Cæterum poſteriores poſtq̃ ii libri in lucem uenere: Ariſtotelem inuitantes: longe melius q̃ illi priores
philoſophati ſunt.Addito etiam ad errorum augmentum.ꝙ cum Silla Athenas ceperit:cõtinuo mortuo Apeli
cone:eam bibliothecam Remam detulit & furtim gramation quidam ariſtotelis amator & librarii uendentes
corrupto eo qui bibliothece præerat tranſcripſere.& ut fit multa a ſcriptoꝝ incuria potius:non conferendo ex
emplum exemplari : & ſola lucri gratia ſcribentium quam phyloſophiæ amore multa deprauata ſunt Creden
dum eſt igitur illam dictiouem (πορεασ)quæ ſonat (progreſſu) tineis aut humiditate labefacta uel nõ labefa
ctam in hanc dictionem(γενεσεων) ideſt (generationum) ab aliquo prædictorum uel alio quem uolueris im
perito imitatam fuiſſe.tantoq; magis in hunc incidit erroré quia eam principio de generatione cõformem eſſe
cõſpexit.in quo ea quæ de partibus colligit.quo factum eſt ut non ſolum illam uitiauerit dictionem ſed libro
rum loca mutauerit.illum uidelicet qui é de generatione in locũ eius qui é de ꝓgreſſu traſferendo : corrigenda
eſt igiť hoc mõ ea littera qua dicebatur in fine de ptibus( Sequitur ut degenerationibus ipſoꝝ diſeramus)ut re
cte dicať)Sequitur ut de ꝓgreſſu ipſoꝝ diſeramus ).in ſimilé errorem Cecidere nõnulli:q cũ Ariſtotelem cerne
rent í principio libri de cã longitudinis ac breuitatis uitæ.ea collegiſſe quæ in libro de ſomno & uigilia tracta
ta fuerant:credidere librum hũc qui eſt de uitæ longitudine ac breuitatæ:ei libro q de ſomno diciť & uigilia:
comité eſſe.ait.n.(De ſomuo quidem igiť & uigilia dictũ eſt prius de uita aũt & morte dicendũ poſterius ſimili
ter aũt & de langore & ſanitate quantũ adiacet naturali phyloſophiæ nũc auté de cã eius quod eſt hæc quidem
eſſe longe uitæ:hæc ãt breuis uitæ ſicut dictũ eſt prius cõſiderandũ) non.n hic ea de cauſa collegit q de ſomno
& uigilia:ut hos ambos libros oſtenderet uicinos:& cõtiguos.quoniã uere p multa media ſeparati ſunt.ſed ſom
ni & uigiliæ hic meminit:eo quia cum de coniugationibus tractaturus eſſet:de quibus in libro de ſenſu & ſen
ſibili ſe tractaturꝝ eſſe iam promiſerat minime cõiugationem quæ eſt ſomnus & uigilia expectaremus.cũ de ea
ſuo loco.ſ.inter operationes aïali propinquas iam egiſſet.Eſto igitur prudens cum Ariſtotelem alicubi uideris
aliq̃ colligenté:& aliqua proponétem:ſeu ſe tractaſſe aut tractaturꝝ pollicentem neq; putes p hoc continuũ ſem
per illorum uelle ordinem.Sed tunc certiſſime continuũ expectabis ordinem cũ in principio aut fine librorum
uel partis alicuis iam expeditæ uel incipientis colligit aut proponit.potiſſime cum nulla alia ſpetialis cauſa col
lectionis illius aut propoſitionis præter illoꝝ ordinem aſſignari potuerit. Qualis cauſa ſpecialis in collectione
facta in principio de animalium generatione aſſignari põt:quæ iam prædicta eſt qualis etiã aſſignata eſt ſpetia
lis cã eius collectionis quæ in principio de longitudine ac breuitate uitæ facta eſt qualis inſuper in pricipio de
motu aïaliũ aſſignari poteſt præter ordinem. Collegit.n.ibidem dicta de particularibus motibus: non ut librũ
hunc uicinum putaret illis in quibus particulares motus pertractati ſunt ſed ut neceſſitatem oſtendat illius tra
ditionis quæ eſt de cauſa motus in comuni aïalium:cum aliæ determinationes de particuaribus motibus & di
uerſo modo ab illo aliam requirant tractationem in quibus auté collectionibus aut propoſitiõibus ſpetialis cã
præter ordinem percipi non poteſt:ſed abſoluta dictoꝝ collectio & dicendoꝝ propoſitio reperitur í iis certus
partium aut libroꝝ ſolus attenditur ordo talis ſcilicet ut ea quæ proponuntur ſeqni mox debeant ad ea quæ
colliguntur.ut etiam in ſuperioribus demonſtratum eſt.Subtile ergo ingenium ac animi ſolertia hominé red
dit habilem ad haꝝ ſpetialium cauſarum inuentionem ad uerumq; librorum ordinem doctrinæ phyſicæ Ari
ſtotelis perceptionem .Quæ igitur fuerit deceptio & quæ deceptionis cauſa & erroris ex iis mamanifeſtum eſt
Nunc de plurimis erroribus qui ex dicta deceptione in philoſophoꝝ ſcolis ortũ habuerũt circa ordiné libroꝝ
phyſicæ doctrinæ Ariſtotelis ꝓ poſſe diſputabimus.Dato enim uno incõuenienti plura ſequi facile eſt.

Q đ diuiſio a q bnſdã de negocio aïaliũ facta eoſdé philoſophos & alios in ſex deduxit errorẽs. Caput. IIII.

Iximus in ſupioribus duas eſſe difficultates circa naturalis doctrinæ Ariſtotelis ordiné unã de pte unã
d ad alteram partem collata de qua ſuperius iã expediuimus Alterã de pticulis illius partis quæ eſt de aïali
bus inuicé collatis.q pars de aïalibus fuit quarta pars phyſicæ doctrinæ Ariſtotelis de qua ſecunda diffi
cultaie nunc diſputandũ eſt prius ſuppoſitis & apqrobatis qbuſdam de duobus p̃fatis epilogis ſiue ſermonibus
plurimos circa hãc difficultaté corrigédo errores.in primis tamé ipſos ponemus errores dehinc contra unum
quéq; ſingulatim diſputiabimus. Vidétes.n.plurimi phyloſophi ea q̃ in fine libri de ptibus aïaliũ & ea q̃ í prin
cipio de lõgitudine ac breuitate uitæ ſcripta repiunť nõ habétes í manibꝫ ſuis librũ q de ꝓgreſſu aïaliũ cõiter
dr̃ cũ ipſimet dicãt eũ nũq̃ uidiſſe nec aduertétes ad plurima ariſto.& pypatheticoꝝ de hoc ordíe dicta: íferius
p nos deducéda:ſed uerba potius ipſius auicénæ í pricipio ſui libri de aïa obſeruãtes dixerũt totã de aïalibus me
thodũ í duas priri ptes q̃ꝝ una é de principio formali aïaliũ.ſ.de aïa:cũ opatiõibus ipſam cõſequétibus.ſ.ſenſu
memoria:ſomno & uigilia & motu lõgitudíe ac breuitate uitæ iuuẽtute & ſenectute.reſpiratione: morte & ui
ta lãgore & ſanitate.& hãc ptem poſuere prioré quoniã aïa cõe eſt principiũ oïbus aïalibus imo ét plãtis:cõia ãt
uti dicũt p̃cedre debét Altera ps eſt de corpe ſenſitiuo:qđ eſt mãlis ps ipſius aïalis.de qua pte dicũt eé librũ de
aïalibus: ex tribus ſuo mõ cõfectũ.ſ.ex hiſtoriis ex ptibꝫ.ex gñatiõe .Ex qbus uerbis ſex colliguntur errores. Pri
mus error eſt ꝙ ſcđ n hos liber de hiſtoriis de ptibꝫ de gñatiõe í unũ copulati ſint.Scđs ꝙ illud totũ ex iis tri
bus cõfectũ de pte mãli aïaliũ dici debeat . Tertius ꝙ illud totũ ex tribus cõfecctum liber de aïalibus dicatur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quartus ꝙ liber iſte totus ultimus ſit totius de aīalibus negocii.imo totius negocii phyſici cum ſit ultima de animalbus pars.& hæc ſunt quatuor peccata circa partem illam quā iſti dicunt ex Ariſtotelis ſententia tractare de materia aīalium . De prima autē parte oritur quintus error uidelicet ꝙ liber de aīa ſit primus ī toto de aīalibus negotio.ad quā ſequuntur omnes animæ operatiōes p̃ſatæ. Oritur & ſextus error uidelicet ꝙ liber de longitudine ac breuitate uitæ cū ſibi cognatis:eos mox ſequat᷑ libros qui de aliis ſunt operationibus .ſ. ſenſu memoria & cæteris:& hæc ſatis de erroribus in cōi plurimorum phyloſophoꝝ.in quos etiā errores omnes Ariſtotelis expoſitores latini a tercentis annis citra incaute cecidere. inter quos omnes phyloſophoꝝ ſcolæ noſtri ēt temporis uerſantur.contra quos errores ſumptis ac ſuppoſitis quibuſdam in ſuperioribus iam approbatis . ſingulatim diſputandum eſt.

Contra primum errorem quo dicitur librum de hiſtoriis librum de partibus librum de generatione animalium copulari in unum.

Caput. V.

d Icentibus igitur hos tres libros ſimul in unum copulari ſcilicet hiſtorias.partes.& generationē:plurima accidunt abſurda . Deſtruunt enim primo epilogū illum in ſuperioribus ſæpe poſitum . quo in fine de animaliū progreſſu ſcribitur ( Quæ quidē igitur de ipſis cæteris partibus & earū quæ circa progreſſus aīaliū circa oēm ſecūdū locū mutationē hūc habēt modū iis determinatis cōſeqns eſt ſpeculari de aīa ). poſuit.n.ī iis uerbis eū q de aīa mox poſt eū q de ꝓgreſſu.q tractat ꝑtes ad motū aīaliū oportūas q liber mox ſeqᷓ ad eū q de ꝑtibꝰ aīaliū dr̄ :ī q̄tuor diuiſū.Deſtruūt īſup nobilē illū ī fine libri de motu ī cōi aīalium poſitum epilogum primæ partis totius generalem de quo ſuperius diſputatū eſt.in quo ſcribitur (De partibus quidem igitur uniuſcuiuſq aīalium & de anima adhuc autem & de ſenſu & memoria & ſomno & cōi motu diximus cauſas. Reliquum autem de generatione dicere)Deſtrueretur etiam ordo in ſuperioribus approbatus . quo dicebatur ſubſtantiam primo cum operationibus ꝓpiquis Secūdo generatōnē tertio uitam cum morte determinari debere præterea ubi locabit᷑ liber de aīa? nō ante hūc ex iis tribus cōfectū ex ſuperius oſtenſis:nec poſt ipſum ſecundū hos Deſtruitur Aueroys ſententia q in parafraſi ſiue ſuma metheorologiæ dixit.)Ordo aūt libroꝝ iſtorum manifeſtū quod debet eſſe talis.Nā liber in quo loqtur de membris animaliū & eoꝝ utilitatibus præcedit librū de aīa. nā hæc ſunt materia animæ )Ad hæc ſi ii tres libri in unum copulentur ea deſtruetur correſpondentia quam liber hiſtoriarum qui docet de animalibus : quia ſunt reſiduis habet libris qui de animalibus cauſas inquirunt.In hiſtoriis enim poſt partes ipſas nō ſequitur generatio ſed inter ea ſenſuum cognitio uocis & ſomni media cadit. Theofraſtus etiam in plantis p̄ceptoris ſui obſeruatiſſimi ſequens ueſtigia & merito in libro de hiſtoriis plantarum poſt plantarū partes non generationē ſtatim ſed ipſarum operationes & affectiones determinauit.merito etiam ſic proceſſit quoniam plantarum cognitio animaliū cognitiōem ueluti ſpecularis q̄dā imago & exēplar rē ſpeculo obiectā imitari debet.uti ſupius demōſtratū ē.Tot igit᷑ & tāta ac plura ſequūt᷑ incōuenientia ſi tres illos libros in unū cōtinuare uolueris . Cæteꝝ ex aduerſo ſi tres libros illos ſeparatos ſuis in locis ſupius definitis diſpoſueris:ſicut de iure diſpōi ac ordinari debēt:hoc ſolū cōtiget ꝙ litterā q̄ in fine de ꝑtibus repta eſt deprauatā fuiſſe cogamur dicere ꝙ ꝑfecto ueritati nō eſſe abſolutū liquido cognoſces : ſi ea q̄ de hoc diſputata ſunt diligenter attēderis.Falſum igit᷑ ac itollerabile putādū ē:illos tres libros de hiſtoriis : de partibus:de generatione:in unum coniūgi debere & hic primus fuit error de ſex erroribus ſupius poſitis quos aſſumpſimus eſſe corrigendos.Nunc autem illi duo ſimul corrigendi ſunt errores:qbus dicebat᷑ ꝙ tota illa ꝑs ex his tribus cōfecta libris de animalium materiali eſſet parte.& ꝙ illud totū dici debeat liber de aīalibus.

Contra alios duos errores uidelicet cōtra errorē quo dicūt tres p̃ſatos libros eē de corꝑe ſenſitiuo.i.materiali ꝑte aīaliū:& contra illū quo dicit᷑ illud totū ex tribus cōfectū nūcupari librū de aīalibus.

Caput. VI.

g Rauiori etiam peccarunt errore dicentes illam partem ex tribus illis confectam:dici debere de corporibus ſenſitiuis ideſt de parte materiali animalium.& totū illud appellari librum de animalibus . Nam de iis decē & octo uel decē & nouē uolumibus ſolū ſeptē cū dimidio uidelicet quatuor de ꝑtibus aīaliū & tria cū una ꝑte quarti eius qđ eſt de hiſtoriis ſolum de aīaliū materia tractāt.Reſidua uero oīa undecim uolumina fere uel duodecim:uidelicet qnq de gn̄atiōe:de hiſtoriis uero ſex fere uel ſeptē:nō materiā:ſed illa quæ de generatiōe: generatiōis cās & ſpecies & efficiētē cām:reliqua de oꝑationibus aīaliū:generatione:uita uitæq cognatis determināt.Ariſtoteles.n.ī pricipio de generatiōe aīaliū cū dicta de ꝑtibus collegiſſet:ꝓpoſuit dicēda hoc mō.(Reſtat ut de ꝑtibus quæ ad generationē ꝑtinēt diſceramus:de qbus nihil adhuc definitū ē.atq ēt de cā mouēte q̄ nā ſit:ſed de ea ipſa cā cōſiderare idem quodāmō ē atq de generatiōe cuiuſq agere).Cū itaq ipa generatio:& pricipiū generatiōis qđ eſt cā efficiēs aīaliū cū ꝑtibus ad generationem ſeruiētibus quæ ēt uicē efficientis tenent cauſæ ī hoc libro de generatiōe tractēt᷑:ſeqᷓ igitur ꝙ iſte liber qui eſt de generatiōe aīaliū qnq cōtinens uolumīa:nō eſt de ſolo pricipio materiali ipſius aīalis.imo de efficiēti cā:& ſi partes aliquas puta generationi ſeruientes tractat:nō ꝓut aīalis ſunt materia:ſed tanq̄ ad generationē īſtrumēta conſiderat & ꝑs illa de talibus agens ꝑtibus parua admodū ē. Nō recte igit᷑ dixerūt ꝙ totum illud ex decē & nouē uoluminibus confectū:dici debeat de parte materiali aīalis.cum eius minor pars.ſ.uolumīa ſeptem cum dimidio uel parum plus de numero decem & octo uel decem & nouem tali poſſint nuncupari nomine.Male ēt dixerunt dicentes illud totum ex illis tribus cōfectum dici librū de aīalibus. Ille.n. ꝓprie dici debet liber de aīalibus q totum ſcibile quoquomō de aīalibus continet.ſ.ſubſtātiā cū oꝑationibus:generationē:& uitā :& hoc mō liber de hiſtoriis de aīalibus liber nuncupari debet.Hoc mō diogenes laertius nouem dixit Ariſtotelem ſcripſiſſe de aīalibus . Per hæc.n.uolumina nouē hiſtorias intellexit non cōputatis fragmentis:de qbus ſuperius ſcripſimus ſufficienter. Simili quoq mō ſi reliqua oīa preter hiſtorias uolumīa ī unū copulent᷑.ſ.tredecim quæ eoꝝ q̄ ī hiſtoriis tradita ſunt cās inquirūt ita quidē ut unū totū conficiat᷑ negocium:illud totū pro certo. de aīalibus magis q̄ qđ

illi dixere nuncupari pôt.totũ.n.aĩaliũ ſcibile.ſ.ſubſtãtiam cum operationibus: generationẽ & uitam conti net utraq̃.n.hax partiũ rectius dici põt de aĩalibus liber:uel negociũ q̃ illi tres ĩ unũ copulati libri quoniã utraq̃ totum ſcibile aĩalium ptractat hiſtoria narrando:cõiori quadã traditiõe:ps uero reliqua cãs narratox & ,ppter qd diſtictius reddẽdo Nam ſi tria illa.ſ. hiſtorias quæ totũ aĩal ptractãt: & prium uolumina q̃ de ſola animalium materia docent:& generationis quinq̃ uolumina in unũ cõiunxeris:nõ librum:non formoſum de animalibus negocium:ſed quaſi monſtrũ quoddã imperitia ordinis diſciplinæ formabis.Sicuti ſi in naturæ operibus aĩal pfectũ in quo ſunt & ptes & gñationis prĩcipia ptibus aĩaliũ denuo & gñationis principiis indecẽter duplicaretur.Hoc.n.totũ ex aĩali pfecto & iterato ex ptibus ac gñationis principiis cõfectũ:nõ aĩal ſed potius in natura mõſtrum dici deberet a ſimili non liber de aĩalibus ,pprie dici debet illud ex tribus illis ab eis cõfectũ ſed uel hiſtoriæ ſolæ:uel tota de cauſis theoria ſola de aĩalibus liber uel negociũ uel methodus dici debet ſed ut uerum fatear hoc propriiſſime dici debet(de aĩalibus)qđ totũ & hiſtorias narrãtes totũ ſcibile:& theoriã cauſax in unum conprehendit.Perfecta eſt enim dictio hæc(de animalibus)ſi quodq̃ ſcibile de animalibus .ſ.ſubſtantia cũ opationibus:generatio:& uita:omni mõ doctrinæ.ſ.tã q̃ ſint per hiſtorias q̃ pp qd p cauſax theoriã cõprehẽſum fuerit.Hoc uoluit Ari.in li.metheorox dicẽs(cũ aũt ptrãſiuerimus de iis ſpeculabimur ſiquid poſſumus ſcđm inductũ modũ de aĩalibus & plãtis).Nõ.n.illũ ſolũ quẽ ex tribus cõficiunt & de animalibus librum uocant.Intellexit p hoc uerbum(de aĩalibus)ſed totã penitus & hiſtoriã & cãx redditionem. Quod Alexãder aphrodiſeus exponens dixit.(Pertranſiens aũt de iis quædam itex poſt metheorologicũ negocium quæ ſunt naturalis negocii apponit)per quæ uerba nobis demõſtrat q̃ poſt metheorologicam ſcientiam ſequitur negocium de aĩalibus.Et exponẽs quid ſenſerit ariſtoteles per illam dictionem de aĩalibus ſubiungit.(De aĩalibus enim ĩquit & plantis uniuerſaliter & ſingulatim.Ordinabit aũt in ea quæ de aĩalibus theoria.& cã quæ de aĩa. adhuc aũt cã quæ de ſenſu & ſenſibilibus adhuc aũt eam quæ de memoria & ſomno & diuinatiua ſecundũ ſomnũ.Adhuc aũt de ſenectute & iuuentute & longaq̃ & breui uita & quæcũq̃ alia ab ipſo ſcripta ſunt hãbẽtia relationẽ ad aĩalia quox hæc quidem cõmunem de omnibus aĩalibus theoriam habẽt:ut puta de aĩalibus hiſtoria & quæ de aĩalium generatione & partibus.Adhuc aũt quæ de aĩalium ,pceſſu & motu.hæc aũt ſingularia:ut quæ de memoria & ſomno.Et diuinatiua ĩ ſomno.plurima.n.ĩ iis dictox homini ſoli exiſtunt) Ecce q̃ p theoriã uel negocium de aĩalibus non librũ ex tribus cõfectũ ſed omne qđ ad aĩalis cognitionẽ attinet Alexander ĩtellexit. de quo etiam uocabulo ĩ fine de cauſa longitudinis ac breuitatis uitæ ſic ſcribitur.(Reliquum aũt nobis conſiderare de iuuẽtute & ſenectute & uita & morte.iis.n.determinatis finẽ utiq̃ hẽbit quæ de aĩalibus methodus).Hoc.n.nomẽ(de aĩalibꝰ) ĩis ĩ locis nõ illi cõfecto ex tribꝰ ſed toti ex hiſtoria & ex cãx ĩqſitiõe appoſitũ ẽ.De hac.n.tota ſpeculatiõe uocabulũ hoc (de aĩalibꝰ)ſiue liber ſiue libri ſiue methodus ſiue negociũ đ aĩalibꝰ dicaẗ:,pprie attribui debet.Cæterx ſi aliqd aliđ dici debeat li.uel tale qd de aĩalibꝰ:ñ illđ totũ ex tribꝰ illis cõfectũ:ſed ſola hiſtoria uel ſola cãx theoria in unũ cõiũcta:đ aĩalibꝰ dici põt Hiſtoria.n.ẽ li.ẽ negociũ : ẽ & methodus de aĩalibꝰ qa totũ ſcibile qđ ſit:iſtruit.Tota uero cauſax theoria:de aĩalibꝰ totũ ſcibile pp quid eſt:docet Male igitur dixerunt dicentes tria illa ĩ unũ coniuncta fuiſſe de parte animaliũ materiali & nũcupari librũ de aĩalibus Quibus iam declaratis nunc demonſtrandũ eſt illud ex tribus illis confectũ nõ eſſe ultimam totius negocii de animalibus partẽ uti p̃fati dixere philoſophi.

## Quod illi tres libri in unum copulati:non eſt pars ultima negocii de animalibus. Caput. VII.

e Iſdẽ igiẗ de cauſis errauerũt dicẽdo:librũ ab eis de aĩalibꝰ dictũ: eẽ ultimũ ĩ toto đ aĩalibꝰ negocio:qbꝰ errauerũt cũ dixerũt librũ de aĩa cũ opitiõibus priorẽ eſſe totius methodi de aĩalibꝰ ptẽ.Imo eodẽ penitus errore.Idẽ.n.peccatũ ẽ ſi Peccatũ fuerit dicere A eſt prius B & dicere B eſt poſterius A Quare diſputatiões has loco ,pxias putaui eſſe locãdas.eiſdẽ.n.fere rõnibus utrũq̃ hox uinciẗ.In primis tamẽ diſputabimus cõtra illud quo dicũt librũ illũ ex tribus cõfectũ.ſ.ex hiſtoriis ex ptibus:& generatiõe aĩaliũ:eſſe ultimam negotii de aĩalibꝰ ptẽ.nã ſi hoc e ẽt deſtrui oporteret id quo ĩ ſine de cã lõgitudinis uitæ diciẗ. (Nũc ãt de aliis aĩalibꝰ dcã ẽ cã de magnitudine quoq̃ uitæ & de uitæ breuitate.Reliquũ ãt nobis cõſiderare de iuuẽtute & ſenectute & uita & morte.iis.n.determiatis finẽ uti q̃ hẽbit q̃ de aĩalibꝰ methodus).Liber ergo de morte & uita inter eos q de rebus a natura ſolũ ,pductis nõ ab arte poſterior ẽ cæteris:quo libro p ordinẽ ut ĩ ſupioribꝰ declaratũ ẽ prior ẽ li.de ĩſpiratiõe quo prior ẽ q de iuuẽtute & ſenectute ãte quẽ mox p̃cedit ille q de cã lõgitudis ac breuitatis uitæ dr̃ ſi ergo ii ſunt li.ultimi ĩ nã aĩaliũ falſo igiẗ ab iis dictũ fuit li.illũ quẽ de aĩalibꝰ appellant ultimũ eẽ totiꝰ negocii đ aĩalibꝰ.niſi forte pticulã illã (finẽ utiq̃ hẽbit q̃ de aĩalibꝰ methodus)ſic expoſuerit ut qdã expoſitor̃s hoc mõ expoſuerũt)cũ.n.determiatũ fuerit đ illis ſuiſiciẽt determiabiẗ đ aĩalibꝰ)quox expoſitio ĩ hoc adeo lr̃æ ari.& græco idiomati plane diſẽtiẽs ẽ:ut de ea diſputãdũ eẽ ñ cẽſeã Tollit ẽt hæc opĩo hiſtoriax ad eã theoriã q̃ ẽ de cãis approbatã ꝯgruẽtiã nã poſt gñatõnẽ quã iſti fecer̃ ptẽ ultimã ĩ hiſtoriis tractãẗ uita uitæq̃ cognata.ſ.lõgitudo ac breui.uitæ iuuẽtꝰ & ſenectꝰ.& aĩaliũ morbi Ergo iſta ĩ theoria cãx ſuo loco ſcđm cõgruã ad hiſtorias rñdetiã pari cã doceri debẽt.ſ.poſt gñatiõem: aliter utriuſq̃ debita perit mutua reſpõdẽtia Peribit ẽt Theofraſti Ari.fideliſſimi diſcipuli maxĩa auctoritas:q ĩ iis libris quos de plãtis ſcripſit ad exẽplar ſane lib.de aĩalibꝰ nõ generatõnẽ poſuit ultimã.Sed poſt eã ĩ hiſtoriis uitã breuẽ ac lõgã reiuueneſcẽtiã: morbos ac mortẽ recte diſpoſuit.Sed qd aliẽa petius nõ ne rei euidẽtia hoc idẽ clariſſĩe demõſtrat:ſimul cũ Ari. auctoritate ĩ li.de mor.& ui.Quiſnã negar̃ poſſit qn p aĩæ uegetatiẽ ĩ calido pticipatõnẽ nos oẽq̃ aĩal generẽur prio poſt hoc ea p̃diti natura:lon.uel bre.uiuius uita:nũc iuuenes nũc ſenes:caloris refrigerio quoquo mõ licet diuerſi diuerſimode a natura mutuantes.Deniq̃ poſt multa aĩalium ut ita loquar naufragia:morimur oẽs. Talis enim naturæ animalis diſpenſatio ac diſpenſationis ordo animalium non generationem:ſed uitam ipſam quæ generationẽ conſequitur uitæq̃ cognata:ac ultimo mortem ĩter ea quæ a natura ſola diſpenſantur: in ultima



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pte ponendam eſſe nobis manifeſtiſſime declarat. Et hac de cá ipe Ariſtoteles cũ in anterioribus.ſ.in libro de generatione aíalium:& in eo q de longitudine uitæ ac breuis.& in eo q de iuuẽtute & ſenectute: cauſas generationis aíalium & cauſas uitæ breuis ac longæ uitæ cauſaſq; iuuentutis & ſenectutis pleniſſime tractaſſet : nullũ tñ illoꝝ illis í locis.ſ.nec generatõné nec uitá nec iuuentuté aut ſenectuté adhuc diffiniuiſſet: Iccirco in poſtréis libelli huius q eſt de uita ac morte:ultimi huius tertiæ partis:de natura aíalium tractantis:unũquodq; illorum ſcilicet generationé uitá iuuentuté ac ſenectuté deffiniuit dicens.(Generatio quidem igit́ é prima participatio í calido nutritiuæ aíæ uita aũt manſio huius iuuentus aũt eſt primæ refrigeratiuæ pticulæ augmétatio ſenectus aũt huius detrimentũ ætas florida aũt hoꝝ medium mors aũt &c.)Expeditis igit́ oíbus ad ſecundam q̇ eſt de aíaliũ generatione & ad tertiá q̇ eſt de uita ac uitæ cognatis expeditis inquá generationis aíaliũ cauſis & principiis í libro de generatiõe.expeditis í libro de cauſis longitudinis ac breuitatis uitæ & í libro de iuuentute ac ſenectute eorundem cauſis:expeditis íſup í hoc libello eoꝝ debitis diffinitionibꝰ:tandem oía í uno breui claudit epilogo dicens.(Quidq̇dem igitur eſt generatio & uita & mors.)Hoc quátũ ad illud quod oſtenſum eſt í libro de uita & morte(& pp quas cauſas erunt aíalibus dictũ eſt)hoc quátũ ad ea q̇ tractauerat í libro de generatiõe aíalium & ſequentibus libris.cauſæ.n.generationis traditæ ſunt í libro de generatione aíaliũ . cauſæ uero uitæ & mortis í libro de cauſa lõgitudinis ac breuitatis uitæ & í cæteris poſt illũ.hic ergo epilogus í ultimis poſitus nobis manifeſte demõſtrat ꝙ liber de generatione aíalium non ſit ultimus.ut iſti uoluere.ſed poſt generationé ſequant́ libri de uita & morte & cognatis uitæ & morti.Ex iis igit́ oíbus clariſſime demonſtratũ eſſe uidetur poſt librũ de aíalium generatione qué falſo ultimũ eſſe ponunt í negocio de aíalibus:ſeq debere libros plurimos qui de uita ipſa & uitæ cognatis ac morte ultima oíum agunt.plura át ad hoc probandum non adducam cum de hoc in ſuperioribus:ubi de libroꝝ ordine particulariter egimus plurima pertractata ſint.

Diſputatio contra erroré quo dicunt librũ de aía cũ ſuis opatiõibꝰ primá eé pté methodi de aíalibꝰ. Ca.VIII.

n On ſolũ uti diximus peccauere priores circa eá quá de aíalium negocio ſecũdá dixere partem & ultimá de qua hactenus diſputatũ eſt.cæterũ deliquere magis de ea parte quá priorem í ordine uoluere eé partem.Dicunt.n.eam eſſe prioré q̇ de cõi eſt oíum aíalium formali prícipio.ſ.de aía & ſuis operationibus uidelicet ſenſu memoria ſomno motu uita iuuentute & ſenectute & cæteris talibꝰ. Cæterũ quoniá libri de aía de ſenſu de memoria de ſomno & motu alium ab hiis qui de uita ac uitæ cognatis tenent locũ ; iccirco noſtra diſputatio primo circa librũ de aía cũ aliis quatuor ſibi ánexis uerſabitur.poſtea circa eos libros q de uita ſunt ac uitæ cognatis.Scito tamen ꝙ quæcũq; de ordine libri de anima dixero eadé de cæteris quatuor p̄dictis aíali propinquis operationibꝰ dicta putare uelim.cũ illa quatuor mox ad illũ ſequant́ librũ qui de aía dicit́ : ut iſti quoq; contra quos agimus ſenſere nobiſcũ.Accidit igitur talia de ordine dicentibus nec pſpicue aduertentibꝰ contraria dicere iis quæ í fine libri metheoroꝝ ſic ſcripta ſunt(Máifeſtatis aũt iis).ſ. ptibꝰ ſimilaribꝰ(ſimiliter diſſimilaria cõſiderádũ. & tandé ex iis cõſtituta.uelut hoíem & plantá & alia talia)ſi.n.cognitio ſimilarium ex elemétoꝝ cõpoſitiõe & actiõe cognoſcat́ p ſimilaria nõ ſolũ aíatoꝝ ptes ſimpliciores ſed ét inaíata mixta ſub ítelligédo de qbꝰ ét í tertio metheorologicoꝝ uolumíe tractatũ é & ſi ex ſimilaribꝰ ptibꝰ fiát diſſimilares ptes manifeſtũ é ꝙ poſt librũ metheoroꝝ naturæ ordiné ꝓſeq̄ndo ſeq debeat liber ille q é de ptibꝰ aíaliũ . poſt metheorologiá igit́ cõphenſis í ea lapidibꝰ metallis ac eoꝝ mediis uti cõphendit Ariſto.í tertio de iis libro : mox liber ſeqtur q de ptibus dicit́ í cauſarum íquiſitione.ergo ad metheorologiá mox non ſequit́ liber de aía ſicut iſti uelle uident́.dicentes aíam cæteris táq̄ cõe principiũ aíaliũ eſſe í ordíe prioré:is quoq; teſtimoniũ é Alexá. aphrodiſeus ibidé í ſuis cõmétariis dicés(Hunc ſeq uident́ q̇ de ptibꝰ aíaliũ)& reliq̄ uti í priori diffuſe ſatis adduximus uolumine Ariſtotiles ét in primo de partibus aíalium ordinem modum & uiam diſſerendi docet quæ de aíalium natura docere intendit.íter quæ manifeſtiſſime ꝓbat phyſico fore neceſſariam de aía tractationem cum ſit aíalis natura ſine qua neſcitur aíal.forma enim lectuli diſci debet ſi lectulum ſcire nitamur : neq; enim ut inquit ſat eſt materiam puta lignum uel tale quid cognoſcere niſi formam quoq; noſcamus imo magis formam ſcire neceſſarium eſt q̄ rei materiam ſi res ipſa compoſita ſciri debeat.uti ét in ſuperioribus demonſtratũ é.p hæc.n.clare demonſtrat Ari.ꝙ ipſa materia prius diſci debeat.q̄q̄ ad compoſiti cognitioné hoc non ſit idoneũ niſi forma ipſa ſimiliter adiſcatur.Oſtendit inſuper ibidem ꝙ in tradenda de operationibus animaliũ ſcientia:generalis de ipſis puta de ſomno de motu & cæteris debet eſſe traditio:ne forte ſi de unaquaq; operatione ſingularite in ſingulis animalibus traderetur.idem ſæpe ac ſepius inutiliter repeti oporteret . Plurima quoq; alia preter hæc in illo primo de partibus uolumine de ordine tractandi de animalibus negocii in primis docet. Ita ut quiſq; recte concipere poſſit hunc de partibus animalium librum eſſe primum totius negocii de animalibus:cauſas inquirentis . Cum in eo ordinem ac modum & uiam tractandi negocium de animaliũ naturis per cauſas doceat. Non parua enim Ariſtotiles fuiſſet imperitia de aía prius egiſſe & eius operationibus propinquioribus:quadá uniuerſali traditione:deinceps illarum tractationis ordinem ac neceſſitaté ídecenti docuiſſe ordine.Simile.n.feciſſet iis qui poſt completũ iudicium de cauſa ipſa conſulunt , cum in principio conſultum oportuit iri.non poſt rei exitum.tale profecto abſurdum uiro ingenioſiſſimo:non dixero in diſciplinis tantum;ſed in ordine ac modo tradendi diſciplinas:qualis fuit Ariſtotiles:minime conuenit. Preter hæc circa finem eiuſdem primi uoluminis de partibus animalium:diſpoſito ordine ac uia procedendi:iam ad ea accedens quorum ſua fuerat intentio:res naturales dicit in duas diſtingui partes:ſcilicet in immortales de quibus aſſerit ſe iam peregiſſe.uidelicet in libro de cœlo & mundo . & corruptibiles . inter quas aſſerit eſſe animalia & plantas . Expeditis igitur diuinis & immortalibus ; ad naturam animalem ſe proceſſurum dicit.dicens . (Sed cum iam ſatis de illis egerimus:noſtramq; explicarimus ſententiam:reſtat ut de animante natura diſſeramus. )Liquet igitur ex iis de animante natura ante hunc librum de ptibus aíalium nũdum diſſeruiſſe, ſed in hoc de ea iá ince

piſſe uti ſuperius quoqꝫ demōſtratum eſt.Periret etiá ſi aliter diceret ſermo ille ueridicus quo ĩ fine libri de pti
bus ad motum utilibus qui de animaliũ ꝓgreſſu dicitur:ſic ſcribiť.in fine.( Quæ igitur de ipſis aliis partibus
& eaꝝ q̃ circa ꝓgreſſum aĩalium circa omnẽ ſecundũ locũ mutationẽ hũc habẽt modũ:iis determinatis cõſe-
quens eſt ſpeculari de aĩa ) Credo equidẽ ſi prefati uiri hũc ariſtotelis uidiſſent librũ: quẽ ipſi ſuis ĩ cométariis
ariſtotelẽ edidiſſe fatenť;ſed eũ nundũ uidiſſe dicũt quẽ ego & græce & latine interpretatũ habeo librũ de aĩa
cæteris de aĩalibus cõſcriptionibus nõ præpoſuiſſent.Auferri etiá ſecundũ eoꝝ ſentẽtiá aut ſaltẽ deſtrui opor-
teret illá nobilẽ ac uniuerſalẽ ſæpe dictá & græca matre aprobatá collectionẽ qua in fine libri de cá motus ani
maliũ ſic ſcriptũ reperiť.De partibus quidẽ igiť uniuſcuiuſqꝫ aĩaliũ & de anima . Adhuc ãt & de ſenſu & ſom-
no & memoria & cõi motu diximus cauſas:Reliquuũ autẽ de generatione dicere.)Ecce quonámodo ac ordĩe
animaliũ naturas docuerat:eodẽ in hac collegit collectiõe.& ꝓxime tractanda ꝓponit.primo.ſ.partes aĩaliũ eas
etiá includendo quæ motui aĩalium deſeruiunt.Secũdo ea q̃ de aĩa.& reliqua iuxta p̃fatum in ſuperioribus or-
dinem ante aĩam uidelicet p̃ponendo partes & poſt motũ qui ſomnũ memoriá & ſenſum & aĩam cõſequiť nõ
alias aĩalis remotiores opationes ſed generationẽ mox apponẽdo.Per hæc itaqꝫ uerba ariſtotelis ſatis paret il-
los nõ paꝝ erraſſe qui ſciam de aĩa in animaliũ negocio ordine doctrinæ dixere fore priorẽ.Non ſolũ aũt hoc
ab ariſtotele ſed.a.ſenioribus quoqꝫ illud agnoſciť qui ariſto.uerba primitus expoſuere Alexáder.n. aphrodiſe-
us qui ſub ſeuero & antonino ĩperatoribus floruit nõ ſolũ in expoſitiõe ſuper librũ metheorologicoꝝ ariſto.
uti diximus hoc notũ fecit:ſed in ſuo quoqꝫ libro quẽ de aĩa ſcripſit clariſſimis uerbis iis aprobauit.( Quare ſi
ea quæ comode & apte de animæ ſubſtátia ꝓferunť cõtradictionibus ĩplicare nõ uolumus primo loco ipſe poſ
ſidentis animam corporis apparatus cõtemplandus eſt &釘 internaꝝ inuicem externarumqꝫ partium cũ ipſo ue-
nuſtatis & pulchritudinis concentu lex & diſpoſitio cõquirenda.ſimul enim hæc ipſa ſpeculati fuerimus:haud
quaq̃ ulterius:admirabile & noſtra opinione maius eſſe uidebiť ut in corpore ſupraq̃ opinari poſſumus mira-
biliter atqꝫ ambitioſe diſpoſito anima tot in ſe motionũ principia poſſidens cõtineatur .)per quæ uerba clariſ-
ſime cognoſcimus corporis partes interiores & exteriores ornatũqꝫ corporis:quæ & in libro de partibus ꝓpter
qd.& in libro de hiſtoriis.quia ſunt tractanť áte animæ tradicionem doceri debere.iis enim ſcitis omnis de ani
ma difficultas tollitur.ſcitis enim diuerſis partibus diuerſis ſtructuris:ornatis facile eſt agnoſcere animam ĩ ſe
plurima continere principia ad tot motus in tot partibus deſeruientia.Poſt hunc per plura ſecula aueroys ĩ pa-
raphraſi metheorologie hoc idem ſenſit dicens.(Ordo aũt iſtorum librorum manifeſtum ꝙ debet eſſe talis Ná
liber in qno loquitur de membris animaliũ & eorum utilitatibus præcedit librum de anima.nam eæ ſunt ma-
teria animæ.)Non ſolum autem ex uerbis ariſtotelis & ſuorum expoſitorum hic error correctione eſt dignus
uerum ex rationibus quoqꝫ uerbis ac ſententiis ariſtotelis conformibus emendandus eſt Ná prefate operatio-
nes uti in libro de anima & in eo qui de ſenſu probatũ eſt:aĩæ & corpori ſunt comunes earũ itaqꝫ cognitio ab
utriſqꝫ p̃cognitis mutuari debet quare anteq̃ cauſæ ipſaꝝ operationũ totius coniuncti doceri ꝑ cauſas debeant
prius oportuit nos animaliũ partes & animá p̃ſciuiſſe.ſi enim aĩæ cognitio ab operationibus p̃endeat : pendet
quippe ab eis qua ipſæ operationes q̃a ſunt præcognoſi debẽt qđ fit in hiſtoriis.Clarius fiet hoc ſingula exami
nant:quomõ.n.ea quæ de ſenſu & ſenſibili ſuo loco ab ariſto.tradita ſunt: cognoſcere poteris niſi membra ſen
ſib9 deſeruiẽtia q̃ in li.de ꝑtib9 declarata ſũt prius agnoueris mẽoriæ ẽt & ſõni & motus agnitiões te p̃ſciuiſſe
nãm cerebri ſupponũt uenaꝝ ẽt ná & cordis a quo ſáguis & per q̃s in ſõno ad primũ ſenſitiuũ reflectũť uapo-
res ſi natura ſõni ſciri debeat : p̃cognoſci oportet:ꝑtes ẽt ad motũ deſeruiẽtes áte ipſũ motũ aĩaliũ in li.de mo
tu ĩ cõi tradito p̃cognouiſſe phas ẽ.Reſpiratio ẽt & caloris ĩnati refrigeratio q̃ ĩ li.de ĩſpiratione ĩſtruunť quo
modo per cauſas ſciri poterũt niſi partes nonnullas aĩalium ſcilicet pulmonẽ in reſpirantibus & bráchas ĩ pi-
ſcibus ĩ libro de parribus aĩalium prius didiceris.Ita quoqꝫ de uita uitæqꝫ reliquis cognatis ſuo mõ dicať.Clariſ
ſime igiť mõſtratũ eſt ꝙ ante libros de operationibus coniuncti partes aĩalium & ipſa etiam aĩa cũ ſit eorum
principiũ ſeorſum præcognouiſſe neceſſe eſt.Sed dices fortaſſis quomodo aĩa ante operatiões precognoſci de
bet cũ potentias cognoſcimus per operationes.non econtra.Ad hoc dicimus ꝙ in determinando non dico de
mõſtrádo ordo a prioribus ſecũdũ naturá ſemꝑ ꝓcedere debet ad poſteriora ꝓſequẽdo:niſi forte ut in ſupiori
bus diximus poſteriora & cõpoſitiora ad ſimplicioꝝ cognitõnẽ exẽplaria fuerint:ſicut aĩalia q̃q̃ cõpoſitiora ac
natura poſteriora fuerint ipſis plantis:tamẽ cũ ipſaꝝ plantarum ſint exemplar:ideo plantis p̃cognoſci debẽt:&
cũ priora preſciri debeát:Iccirco aĩalium partes & anima ipſa prius ipſis opatiõibus doceri debẽt.illaꝝ .n.cau-
ſis ſcitis faciliter opationũ ſuaꝝ cognoſceť natura & cauſæ.Sic igiť põtẽtiæ ipſæ p̃determinari & p̃ſciri debẽt
ipſis opatiõibus.quoniá ad opationũ cognitõnẽ ꝓpter qd neceſſe fuit preſciuiſſe cás & naturá potẽtiaꝝ.Nihil
ominus tamen ſi partiũ cás & animæ rationes agnoſcere curamus neceſſario opatiões ipſas nobis primo quia
ſunt p̃cognouiſſe oportet.Conferunt.n.magnam partem ad cognoſcendum ipſum quod quid eſt.hæc aũt con
ferentia eſt:cũ ea quia ſunt p̃cognouerimus.Talis aũt cognitio quia ſunt ipſaꝝ opationũ in libris de hiſtoriis
habita eſt.& ſic ꝑ opationes ipſas in libro de hiſtoriis qđ ſunt prius cognitas:partiũ aĩalium & ipſius aĩæ diſcũ
tur cauſæ & rõnes.q̃bus ſcitis ad operationũ cás ingreudas accomodatæ accedimus Cõtrariũ át iis eſſet ſi liber
de aĩa & libri de opationibus in cõi p̃cederẽt ad librũ de hiſtoriis.Ná opationes cõiuncti traditæ ĩlib.de ſenſu
memoria ſomno & motu in hiis libris doceť ꝓpter qd tales ſint:in illis.n.libris eaꝝ opationũ eſt cauſaꝝ inq
ſitio in hiſtoriis át ſola narratione qđ ſint quare ſi liber de aĩa & libri de opatiõibus eos anteirẽt libros qui &
hiſtorias & partes docẽt ĩcõgruus ac ineptus ad doctriná fieret ab Ariſto.ĩdeteminatiõis ordĩe ꝓceſſus. uideli-
cet prius docere de eadẽ re quoniá ꝑꝑ qd.dehĩc docere ipm q̃a ẽ.hoc.n.dictis Ari.ĩ naturalib9 repugnat.q ĩ plu
ribus locis ait prius eẽ tractáda aĩalia ꝑ hiſtorias dehĩc illoꝝ q̃ in hiſtoriis narrata ſunt:ĩ libris aliis q nõ hiſto
riæ ſed ſciẽ nomẽ aſſumũt cauſæ inq̃rẽdæ ſũt.tá dico de ꝑtibus & operationibus q̃ de generatione animaliũ.&

uita cũ morte & his cognatis. Ait.n.in primo de hiſtoriis (Vt primũ differentias atq; accidentia q̃ iuncta cuiq; ſunt accipiamus deinde eoꝝ ad cõperiẽdas cãs enitamur)& in principio de ꝑtibus aĩaliũ ſub dubio ꝓponẽs tandem res ipſas prius tradi debere cõcludit dehĩc cãs eoꝝ inqri oportere.dicẽs) Nec illud manifeſtũ ẽ utrũ ut mathematici rem ſuã celeſtẽ demonſtrare cõſueuerũt ſic homo reꝝ naturaliũ ſtudioſus primũ q̃ parẽt in aĩalium genere parteſq; ſingulas explorare:deinde cãm quãobrem ita ſint reddere debeat an ſecus agẽdũ ſit ) & parum infra (ſed.n.exordiendũ qđ dictũ iam eſt ut primum res perſequamur q̃ quoq; i genere cõſpectiores promptioreſq; habenť deinde cauſas reddamus ) in ſecũdo ẽt de ꝑtibus ait(Ex quibus nã & quot numero membris ſingula animalia cõſtarẽt libris hiſtoriaꝝ q̄ đ iis ſcripti a nobis ſunt planius explicauimus nũc q̃s ob cauſas quæq; ad hũc modũ ita ſe habẽt cõſideremus uidelicet ita ut omnis ratio ſeiuucta ab iis quæ ꝑ hiſtorias expoſuimus tractetur )Et libro de animaliũ ꝓgreſſu cũ narrauerit quedã in hoc diſputãda libro cõcludit ( Quod igitur ſic contingat manifeſtũ ex hiſtoria naturali propter qđ aũt nunc conſiderandũ.)ac ſi diceret cognitio quia eoꝝ q̃ in hoc libro diſputanda ſunt in libro hiſtoriaꝝ narata eſt ſed ipſoꝝ cognitio ꝓpter quod cauſas in hoc habenda eſt libro ex quibus omnibus liquet ea quæ in hiſtoriis de eſſentia & operationibus & de generatiõe aĩalium ac uita:prius cognitione quod ſunt pertractata ſunt:eadẽ hæc & plura ſeiunctim in cæteris libris poſt hæc per cauſas propter qđ talia ſint diſputata fuiſſe.Quod ſi ipſa anima:ſi coniuncti oparationes:ipſis hiſtoriis p̃determinatæ fuiſſent qualis nã in hac & ea quæ eſt de hiſtoriis ꝑte debitus cuſtodireť ordo prius.n.cauſæ ipſaꝝ oparationũ inquirerentur dehinc prepoſtero ordine:diſciplinæ ariſtotelis cõtrario in hiſtoriis eaꝝ operationũ fieret ipſa narratio Ad hæc quæ nã eſſet utriuſq; modi doctrinæ.ſ.quia eſt & ꝑꝑ quid congrua reſpondentia: cũ in hiſtoriis primo de partibus agatur:in cauſaꝝ uero theoria ſecundum horum ſententiam imo in toto de animalibus negocio prior eſſet aĩa.Si igitur liber de anima cum libris de perationibus cæteros præceſſerit libros:congrua hiſtoriaꝝ & cauſaꝝ theoriæ ac decẽs peribit reſpondentia.Hinc igitur accipito librum de aĩa cum operationibus ſibi annexis non eſſe primam totius methodi de animalibus partem.ut iſti dixerunt . Soluitur autẽ eorum ratio hoc modo.Nam aĩaliũ ſuſtantia duo ĩ ſe continet.corpus quod eſt materia & animam quæ eſt aĩalium principium & forma.Volens igitur Ariſtoteles docere animalis naturam:In primis materiã ipſius.ſ.partes erudit dehinc formam ſcilicet animam & utriuſq; ideſt coniuncti operationes agit;præter hæc de efficiente cã in eo qui de generatione aĩalium:uitam quoq; cũ morte & iis cognata nos inſtruit.Cum itaq; ab iis dicitur aĩa eſt principium oĩum animantium dicimus profecto ꝙ eſt eoꝝ principium.cũ ſit aĩalium forma . & ſimul cum corpore eſt operationum cõiucti efficiens cã generationis ſed & uitæ . Cũ igitur ſit hoꝝ principium: de anima priuſq̃ de illis.ſ.operationibus & generatione ac uita agendũ eſt.prius ergo de aĩa & animaliũ partibus determinandum eſt q̃ de opatĩonibus.ex quo partes & aĩa ſimul concauſæ ſunt illaꝝ prius.n.tractari ,debet qđ ẽ principium eo qđ ſit ex illo & cũ ipſa anima & corporis ꝑtes principiũ ſint generationis & uitæ:& ideo aĩe gñationem & uitã uitæq; cognata p̃cedere debẽt Cæteꝝ cũ aĩa nõ ſit corporis ,ſeu partiũ cuius eſt entelechia:prĩcipiũ ſed ad animalis confectionem potius cõcauſa;iccirco ꝓpter hoc ſua cõtemplatio ad eam q̃ eſt de partibus p̃cedere non poſtulat ſi igitur eſt principiũ aĩalium cõe iis precognoſi debet omnibus quoꝝ ipſa ẽ prĩcipium quæ de aĩali tractanť:tractať ãt eſſentia ipſa cuius ipſa aĩa eſt ꝑs & cõcauſa cũ ipſo corpore ſiue ꝑtibus quaꝝ ꝑtiũ aĩa non eſt principiũ ſed forma tractanť opationes generatio & uita quoꝝ ipſa eſt principiũ & eadẽ merito p̃cedeř debet.Ea.n.rõne q̃ aĩa p̃dictis.ſ.operationibus gñatiõe & uita prius ꝑtractari debet;eadẽ ẽt cognitio de corpore ſiue ꝑtibus p̃cedere debet corpus.n.ſiue ꝑtes aĩalis cũ ipſa aĩa:opationũ ipſoꝝ generatiõis & uitæ:q̃ oĩa ſunt cõiuncti & nõ ſolius ꝑtis:ẽ cõcã & prĩcipiũ q̃re rõ q̃ utunť cõis erit & corpori & aĩæ.neq; ꝑꝑ hoc ipſa aĩa p̃cedere debet ꝑtes. Tota igiť q̃ſtio in hoc unũ decidit an aĩa q̃ ẽ forma & principiũ an corpus qđ eſt mã p̃cedere debeat ĩ doctrinæ ordĩe. Sed de hoc nũc ñ ſit ulterior diſputatõ quoniã de ſola ari.ĩtẽtiõe circa ordinẽ libroꝝ ſuoꝝ nr̃a uerſať ĩtẽtõ.Satis.n.nobis fuit illoꝝ rõnẽ:ex q̃ ꝓbař nituť li.đ aĩa p̃cedeř đbeř eo ꝙ ſit oĩum aĩaliũ prĩcipiũ foꝛale cõe:ñ cõcludeř clař đmõſtraſſe.eoſq; iuniořs auctořs ari.aliorũq; plurioꝝ ꝑipatheticoꝝ uerbis diuerſis ĩ locis ſcriptis:cõtrarios ac rõnibus deuictos fuiſſe. Cæteꝝ cũ iſtoꝝ opĩo ab Auicẽ. ortũ hũerit· Ordini uero Ariſtote. penitus aliena. Iccirco ut priora magis pateant ea quæ de iis duabus dc̃is partibus anima.ſ.& corpore ſenſerit Auicẽna mox diſputabo.

Sentẽtia Auicẽnæ. qui animã uoluit precedere in ordine doctrinæ ad reliqua quæ de animalibus tractanť :& de ſolutione ſuarum rationum. Caput. VIIII.

a Vicẽna de ipſius animæ ordine duo probare nititur quoꝝ alterum eſt ꝙ de anima ipſa prius agendũ ſit q̃ de corporibus.alterum ꝙ non ꝑticulariter ſed in genere potius.puta nõ de uegetatiua:dehinc de ſuo corpore uegetabili:deinde de altera ſcilicet ſenſitiua dehinc de corpore ſuo agẽdũ·ſit.Talis enim tractãdi interſectio rem faceret ut ait difficilem:neq; tractare de uegetabili anima uegetabiliũ dici potius de uegetabilibus poterat q̃ de ſenſibilibus.ex quo ipſa quoq; animalia uiuunt.ſimiliter de brutis reſpectu hominum:qui cum brutis ſenſũ ꝑticipãt:quapropter concludit & recte tractatũ de aĩa partiri non debere.ſed cõi quadam diſciplina ſecundum ſe & partes ſuas de aĩa agendum eſſe.Alteꝝ uero quod probare nititur eſt ꝙ de ipſa priuſq̃ de ſuis corporibus tractandũ eſt.Cæteꝝ anima expedita ut inquit:quod ſupereſt corpus ẽ ac corporis affectiones.ex q̄bus uerbis rõ ĩ hoc ſtrĩgiť ꝙ de aĩa prius agendũ ſit q̃ de aĩaliũ ꝑtibus ſiue corporibus: erit.n.inq̄t ſciẽtia liberior ac certior.Rõ aũt ipſius ẽ quoniã cũ ſit aĩalium forma melior ẽ corpore qđ ẽ eoꝝ materia.Ad hæc ĩq̄t aĩa ad ea quæ corporis ſunt cognoſcẽda magis adiuuat q̃ econuerſo.Cæteꝝ ĩ hoc nr̃o libello nr̃um nõ eẽt officiũ iis reſpõdere rõnibꝰ.nõ.n.cõtra illos diſputamus q̄ de phĩcis ſcribẽtes ſuo ꝓprio ordĩe ſuos diſpoſuere libros ſed de li.Ari.ordĩe nr̃a ẽ diſputatõ.Capiat unuſq;ſq; & Auicẽna & alter quẽ uolueris ſibi placẽtẽ ordinẽ. ſuũ.n.cuiq; recte poſitũ fuiſſe ordinẽ a nobis cõceſſũ ſit,q̄cq̄d tamẽ fuerit.Ari.ordo ĩ aliquo corripi nõ poterit

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De illis.n.hoc i opuſculo tãtũ curãus q Ari.ordinẽ declarãtes eiuſq; ſemitã imitari credẽtes:Aui.potius ordinẽ
Ariſtoteli cõtrarium:ipſis minime aduertentibus.imitati ſunt:hoꝝ.n.peccatũ maius eo eſt peccato qđ Auicen
næ . ipſe.n. ſuis i operibus ſuo ꝓceſſit ordine.ſcribit.n.talẽ ſibi q̃lem diximus ellegiſſe ordinẽ.ſi qs.n.iquit hũc
uoluerit mutare faciat.nos.n.ut ait nõ calũniabimꝰ eũ.ſed de iis ſatis.Cæterũ ne Auicẽnæ rõ iperitũ idicet Ari
ſtotelem ultra id qđ conceperã ſuis reſpõdebo rationibus.Non.n.eo qa aliqd eſt melius id prius pertractari de
bet.ſed quo cognito alterũ facilius cognoſcit̃.nõ e cõtra.tales ſunt corporis ꝑtes reſpectu aiæ.p corpus enim &
corporis paſſiões ad aiæ cognitionẽ manuducimur.ẽ.n.aia entelechia corporis phyſici organici potentia uitam
habẽtis.niſi.n.corpus ipſum corporiſq; ꝑtes q̃ aiæ organa a natura deputatæ:ſunt cuius corpis talibus organis
muniti aia eſt entelechia:ꝑcognoſcat̃ aiæ ipſius ſba minie cognoſci poterit.ea.n.q̃ corporis ſunt ad cognoſcen
dam aiam magis faciũt q̃ e contra.cũ ſenſibiliora ſint quẽadmodũ ẽt i ſupioribꝰ de mẽte alexandri aphrodiſei
i ſuo libro de aia oſtẽſum ẽ q̃re nõ recte ſenſit Auicẽna i hoc cõtra Ariſtotilem dicens aiam plus adminiculari
eoꝝ q̃ corporis ſunt cognitiõi q̃ e cõtra.Neq; recte putauit pp̄ hoc de aia priuſq̃ de corpore tractari debere. eo
ꝙ aia melior eſſet corpore.nõ.n.bonitas ipſa rem facit i doctrina priorẽ:ſed id qđ poſterioꝝ exẽplar eſt uel ſal
tẽ id quo cognito accõmodatius alterũ adiſcit̃.Ad illud aũt quo dicit̃ aiam eſſe cõe principiũ oium aiatoꝝ &
ideo pp̄ hoc debere ꝓcedere:i capite nuperime ꝑtractato ad plenum reſponſum fuit ſed de iis hactenus.nũc ad
priora reuertens de eo i quẽ plurimi cecidere errore cõi diſputabo.declarãdo uidelicet ꝙ opatiões uitæ attinen
tes eos ſeq non debeant libros qui ſunt de operationibus aiali propinquis.

Diſputatio contra errorem quo dicũt ꝙ libri de longitudine uitæ & de uitæ cognatis mox ſequant̃ librũ de
ſomno & de ambiguitate inuenta in libris eorum.

Caput.X.

ſI recte ea q̃ i ſuperioribꝰ diſputata ſunt de operationibus itellexeris cognouiſti aialiũ opationes quaſdã
eſſe aiali ꝓpinquiores ſoli aiali attinentes. q̃ ſunt ſenſus & memoria & ſomnus cũ uigilia.q̃ aialia ſequũ
tur uti ſenſitiua ſunt.& motus.q ẽt licet a ui motiua fiat & tamẽ nõ ſine apetitu & ſenſatiõe fit in aiali
imo ad motũ ſenſu fit cõcurrente.quaſdã ẽt a b aiali remotiores.quoniã nõ ſolũ aialibꝰ ſed oibus ẽt uiuentibꝰ
cõueniũt.ſicut uita & mors ſiue lõga ſiue breuis.iuuentus & ſenectus.lãgor & ſanitas.iſpiratio ẽt & expiratio.q̃
ẽt remotæ ſunt.nõ qa aliis ab aiali ſed qa paucis conueniũt aialibꝰ.illæ opatiões cũ ſint aiali ꝓpinquæ ac fere
eſſentiales mox poſt aialis eſſetiã docendæ ſunt.Ceteræ q̃ uitæ ac morti cognatæ ſunt ſuo loco.ſ. poſt genera
tionẽ ponendæ ſunt.Hoc ẽ igit̃ id i quo plurimi deffecere & de quo ad ꝑſens diſputandũ eſt.Reperit̃.n. uti in
ſupioribꝰ diximus tale ab Ariſtotile i libro de cã longitudinis ac breuitatis uitæ ſcriptũ.(De ſomno qdem igit̃
& uigilia dictum ẽ prius de uita ãt & morte dicendũ poſterius ſimiliter aũt & de langore & ſanitate quantum
adiacet naturali ꝑhiæ.nũc ãt de cã eius qđ eſt hæc qdem eẽ lõgæ uitæ hæc ãt breuis uitæ ſicut dictũ ẽ prius cõ
ſiderandũ.)propter hæc.n.potiſſime uerba plurimi credidere librũ de lõgitudie ac breuitate uitæ cum ſibi co
gnatis mox ſeq ad eũ q de ſomno & uigilia . q̃ aũt de cã decepti ſint: & quare de ſomno & uigilia memoriam
hic fecerit:i ſuperioribꝰ demonſtratũ ẽ.Non.n.ut librũ hũc illi libro coniungeret:ſed qa ſomnus & uigilia una
erat de quatuor cõiugationibꝰ uti ſuperius diffuſe ſatis declaratũ ẽ.Nũc ãt qbus abſurdis ac rationibꝰ opinio
hæc falſa appareat hoc ultĩo i loco docendũ ẽ.Hoc tamẽ te ꝑſcire opere ꝓciũ ẽ ꝙ hii tales i ſuis ſcriptis de ordi
ne hoc ualde ꝑplexi cognoſcunt̃.legentes.n.hũc ſermonẽ:mox librũ illũ qui de cã lõgitudinis ac breuitatis ui
tæ dr̃ ei q ẽ de ſomno copulãt ſed ſic faciendo ubi librũ q de motu i cõi dr̃ ordie diſponãt:cũ ſuus hoc mõ ſur
ripiat̃ locus minie inueniũt.Cũ igit̃ interim cõſiderãt librũ q de motu agit rõnabiliter ſequi debere ad ea q̃ de
ſenſibus de memoria & ſomno:ſtatim libros qui de uita uitæq; cognatis poſt eum qui de motu apponunt. tor
quentur tamen ex hoc ꝙ ſe uident ſermoni prædicto in fine de cauſa longitudinis & breuitatis uitæ non ſatiſſe
ciſſe.Quare apud eos plurimam iſcriptis ſuis uidemus ambiguitatem.ita quidem ut aliquãdo eos uideas de or
dine unum dixiſſe.cum uero poſt hoc ad alia loca ſuis dictis ac opinionibus non conſentientia deuenerint:ſub
ſilentio abſq; ueritatis diſcuſſione pertranſeunt.In hunc eundem errorem pachymeris græcus ſumans librorũ
Ariſtotiles deſcribens incaute prolapſus eſt.q̃uis enim eum librum qui eſt de anima poſt librum qui de progreſ
ſu animalium ſiue de partibus ad motum animalibus utilibus quem ei qui de patibus mox comitem fecit ſuo
loco & recto ordine depoſuerit:poſt quem librum de anima eum qui de memoria ad quem eum qui de ſomno
& uigilia:dehinc illum qui de motu in communi ordine diſpenſauerit:in hoc tamen reliquis ab eo bene diſpo
ſitis a uero ordine deuiauit.quoniam poſt eum qui de motu eum poſuit qui de cauſa longitudinis ac breuita
tis uitæ dicitur cum cognatis iis.Refellitur autem hæc opinio primo quidem ex eo ꝙ in fine libri de cauſa lon
gitudinis uitæ ſcribitur(Nunc autem de aliis animalibus dicta eſt cauſa de magnitudine quoq; uitæ & de uitæ
breuitate Reliquum autem nobis conſiderare de iuuentute & ſenectute & uita & morte.iis.enim determinatis
finem utiq; habebit quæ de aialibus methodus)per q̃ uerba caper̃ poſſumus ꝙ liber de morte & uita ultĩus ſit
eoꝝ libroꝝ q ſub negocio de aialibus de rebus aiali atinentibus a natura ſola pendentibus:agunt. hoc dixi pp̄
eum qui de lãgore ẽ & ſanitate q̃ nõ a natura ſola ſed ab arte quoq; depẽdent.ſi igit̃ liber de uita & morte mõ
dicto ultimũ tenet locũ i tota de aialibꝰ methodo:& cũ ante ipſum mox antecedãt tres illi ſupius ordiati libri
ſcilicet. de iſpiratione liber ante quem de iuuentute & ſenectute:ante quem liber de cã longitudinis ac breui
tatis uitæ:omnes ergo ii quinq; ꝓdicto modo ordinati:uitam & mortem iiſq; cognata ꝑſcrutantes . ultimi erũt
ultimaque pars totius de animalibus negocii . quare iſtos quatuor libros cum ãnexo iis in ultimis poſito eo.ſ.
qui de langore eſt & ſanitate:ſequi neceſſe eſt ad illos qui de hiſtoriis de partibus & de generatiõe aialiũ dicũt̃.
quos iſti licet non recto de animalibus librum nomine nuncuparunt.itaq; tandem concludere cogimur hos
libros qui ſunt de uita & morte & iis cognatis; non debere ſtatim poſt librum de anima & libros de operatio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nibus aíali propíquis collocari.uti ii dixere uiri ṕter hæc ſi de hoc uera dicerẽt: periret oís hoꝝ libroꝝ q ſunt
de uita ac uitæ cognati, ad ea q̄ ĩ hiſtoriis de iis tractanť:cõformitas.Nõ.n.ĩ hiſtoriis poſt operatiões ꝓpiquas
ſenſum.ſ.& ſomnũ:ſeqtur uita aut mors uel iis cognata.ſed generatio ipſa.Ná in primo hiſtoriarũ & ſecũdo &
tertio:ac maiori pte quarti expeditis ptibus aíaliũ & operationibꝫ ꝓpinqs:paucis de mare & femina nõ ab re in
terpoſitis:mox ĩ qnto ſexto ac ſeptimo de aíaliũ generatiõe agit.poſt q̄ de generatione p lõgũ ſermoné ptracta
ta:ĩ octaui plurima ac priori pte de uita & morte & iis cognatis ptractat.cũ igiť ĩ hiſtoriis talis ab Ariſtotile ob
ſeruatus ẽ ordo:talis ét in cauſarũ ſcrutinio approbádus eſt.talis ĩquam ut libri q ſunt de uita & morte iiſq̧ co
gnatis nõ ad libros de operationibꝫ ꝓpinqs aíali:ſed poſt libros de generatiõe mox collocádi ſint . ſicut recte ĩ
hiſtoriis factũ fuit. ṕterea nobis dicẽtibꝫ hæc cogimur Cõcedere Ariſtotelẽ prius docuiſſe de re aliq̄ cás & rei
alicuius pp qd:q̄ de re ipſa qđ eſſet ṕcognouiſſe: qđ ꝓfecto ĩ naturalibꝫ ueritati diſſonat. Ná libri hii de qbus
eſt ṕſens diſputatio.ſ.liber de uita & morte & de iis cognatis eoꝝ inqrunt cás & pp qd:q in octauo de hiſtoriis
ſolũ qđ ſunt tradita ſunt. Quod.n.aíalia q̄dá in aqua q̄dá ĩ terris q̄dá utrobiq̧.reſpirádo q̄dam:nõnulla p aquá
refrigerádo:ꝙ ét alicubi cõſeruenť alicubi uero morianť:ꝙ aliq̄ breui aliq̄ lõgiori uita:nũc iuueneſcẽtia:nũc ſe
niora ét aliq̄ reiuueneſcát ꝙ ét nõnulla lágueát aliquádo & nõnũq̄ ſana ſint ĩ octauo de hiſtoriis traditum eſt.
quoꝝ oíum uidelicet lõgæ ac breuis uite iuuentutis & ſenectutis reſpiratiõis uitæ ac mortis.lágoris & ſanita-
tis cauſæ:ĩ his libris de qbus eſt ṕſens ſermo ſcrutatus ẽ ſi igiť libri iſti eos. q de hiſtoriis ut iſti referũt indebi-
te ṕceſſerint:neceſſariũ erit nos uti diximus cõcedere:cauſarũ ſpeculationé ĩ naturalibꝫ ante eá q̄ ſolũ qa res
ſic eſt ĩ ordine doctrinæ Ariſtotilé ṕdocuiſſe.qđ in naturalibus abſurdũ reputať uti ſuperius p plura Ariſto.di
uerſis ĩ locis ſcripta mõſtratũ ẽ.Quare nõ recte ſenſere dicentes libros de uita & morte & de iis cognatis mox
ſeq ad eos q ſunt de operationibꝫ aíali ꝓpinqs.ſ.de ſenſu memoria ſomno & motu ṕcedente libro de aía . ſed
ueritas eſt ut iſti libri poſt illos ſequanť:iterpoſitis iis qnq̧ q de aíaliũ generatiõe dicunť. Hic át ordo ab effe-
ctu rerũ rõnabiliter quoq̧ trahiť.Ná generať aíal primo.deinde uiuit diuerſo uitæ genere.ac ultimo moritur.
hæc.n.ĩ natura ſub uirtute uegetatiua:tali ſuccedũt ordíe.ſ.generatio uita.& mors.ná ſuppoſita rerũ eſſentia q̄
ĩ oíbus natura ṕcedit:ĩ calido naturali aía prío participať nutritiua.q̄ fit generatio.dehĩc natura nunc iuuenis
nũc ſenex ſub eo manens calido adminiculis qbuſdá ſuffragata.ſ.iſpiratiõe uel alio refrigerio:diuerſos diſcurit
ſtatus.tádé moriť aíal.& hæc fuit cauſa uti ét ſuperius diximus:cur ĩ ultimo de generatione aíaliũ.ſ.ĩ fine quĩti
libri epilogũ non fecit uniuerſalé.ſed pticularé potius de iis de qbus ultío egerat.ſ.đ dentibꝫ.& de paſſionibus
a ſola aíalium materia ꝓcedentibꝫ.ná licet aíalium generationis cauſas & modos dilucidaſſet:nũdũ tamé gene
rationis eſſentiá q̄ ĩ diffinitione cõſiſtit diſpoſuerat.diſtulit aũt hoc uſq̧ quo tandé naturæ effectum aíaliũ tra-
ctaret.ſ. ad librũ de uita & mor te. Illucuſq̧ aũt inquá generatiõis diffinitioné diſtulit.quoniá generatiõis & ui
tæ ac mortis deffinitio ab eiſdem fiunt naturis.ſ.a calore naturali & aíæ nutritiue cõione.Ea igiť tádé ſic ſimul
diffiniuit dicens.(Generatio qdem igiť eſt prima pticipatio ĩ calido nutritiuæ aíæ.Vita át máſio huius iuuen-
tus aũt ẽ príæ refrigeratiuæ pticulæ augmẽtatio.Senectus át huius detrimentum ætas florida át hoꝝ medium
Mors aũt & corruptio uiolẽta qdem callidi extinctõ & marcor corrũpetur aũt utiq̧ pp ambas has cauſas &c.)
Quibus tádé oíbus expeditis.ſ.cauſis generatiõis ĩ libro de aíalium generatione:cauſis uitæ ac mortis & iis co
gnatoꝝ ĩ libris cæteris.ſ.de longitudíe uitæ de iuuentute & iſpiratiõe:expeditis ét illoꝝ oíum diffinitionibus
ĩ hoc ultimo de naturæ aíalium effectu.ſ.generationis uitæ & mortis:tandé ſuũ facit generalé epilogũ dicens.
(Quidqdé igiť ẽ generatio.& uita & mors)hoc traditũ eſt ĩ hoc ultimo libro)& pp quas cás erunt aíalibꝫdictũ
eſt)cauſæ.ſ.generatiõis ĩ libro de generatiõe cauſæ uero uite & mortis ĩ hoc ultimo & ĩ libro de cá lõgitudinis
ac breuitatis uitæ de iuuentute & ſenectute & iſpiratiõe.ĩ oíbus.n.iis aliq̄ de cá uitæ ac mortis tradita ſunt . ex
iis igiť clare đmõſtratũ ẽ nõ recte illos diſpoſuiſſe libros de uita & morte & iis cognatis:ante hiſtorias mox poſt
libros de opationibꝫ aíali ꝓpinqs.Colligendo itaq̧ ea q̄ ĩ hoc ſecũdo docuimus libro generaliter dicius ꝙ non
recte dixerũt q dixere libros de plantis ĩ ordine doctrinæ ṕcedere debere ad eos q de aíalibus. Male ét dixerũt
dicendo negociũ de aíalibus ĩ duas ſecari ptes.ſ.ĩ parté q̄ ẽ formale principiũ & parté q̄ eſt de materiali princi-
pio quá uocant corpus:dicentes libros de cá materiali eſſe tres.ſ.librũ hiſtoriarũ librũ de partibus.& de genera
tiõe.& hoc totũ librũ de aíalibus nũcupari nõ recte ét ſenſiſſe cũ dixerint librũ de formali prícipio.ſ.aía cũ ſu-
is operationibꝫ ṕcedere:librũ aũt ab eis dictũ de aíalibus qué dicũt eſſe.de corpore ſenſitiuo eſſe ultimá doctri
næ huius ptem.deniq̧ ꝙ libri de uita & morte & ſibi cognatis mox ad libros de aíalium operatõibꝫ propinqs
nõ aſſocienť: ut iſti aſſeruerũt:demõſtratũ ẽ.Hii igiť ſunt errores q a uia recta perypateticoꝝ de ordine ptium
ac libroꝝ doctrinæ phyſicæ Ariſtotelis plurimos declinare fecerũt.Hæc itaq̧ de ordine ptium ac librorum di
ctæ Ari.doctrinæ ſatis ſint.

Excuſatio repetitõis uel forte nimiæ ꝓlixitatis:aut puitatis ipſius opis:& qbꝫ ná liber iſte utilis erit. Ca.XI.

On eſt mirandum ſi in hoc meo libello eadé diuerſis ĩ locis repetiuerim.neq̧.n.ab re id factũ eſſe puta
n
bis.cum enim de re non parua plurimiſq̧ uiris in phía notiſſimis cõtraria mea eét diſputatio: me opor-
tuit eadem ſæpe diuerſis ĩ locis eo repetere:ut ĩſuetis auribꝫ auditoꝝ mea monita clara magis & uerio-
ra uidereť.hoc.n.eſt hoíbus plurimis inſertum ut qđ conſuetum eſt eis arbitrẽtur uere dici.eo etiam potiſſime
eadem repetita ſunt:quoniá hoc nobis ĩ hoc libello fuit ĩſtitutum uidelicet ut unum prius altero alterum uero
poſterius eo:ĩſtitueremus.qđ abſq̧ non inutili repetitione minime conceſſum fuit.qbus eni rationibus partem
unam uel librum unũ altera parte uel altero libro priorem ꝓbauero:eiſdem ferme(aliis forte adiunctis ) alterá
partem uel alterũ librũ ṕfatis poſterioré & ſequẽtibꝫ prioré me ꝓbaturũ eſſe.oportebit.ſic igitur eorũdé naſci
tur repeticio.ſed forte non inutilis.nõ igiť de inutili repetitione me redarguendũ puto.Sunt forte aliq qui me
de longitudine nimia aliqui de inſufficientia corripere conabuntur.Sed ſi ii conſiderabunt me primum fuiſſe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inter latinos qui ueritatem hanc præter cæteros cæterorū́qꝫ ſententias ſi nō ad plenum amplecti libare ſaltem potuit illi uero ſi a preceſſoribus de hac materia pauca uerba fuiſſe facta:& auctoritatibus ſeu epilogis Ariſtotelicis carentia:imo dictis ariſtotelis contradicentia ſcrutabunt: non me preſati uiri de nimia longitudine aut breuitate nimia corripere audebunt. Facile.n.eſt iuuentis addere & bene ac plene ſcripta ab aliis cōpendioſæ colligere non.n.græcos non latinum aliquem non arabū unq̄ legi auctorem qui talia plene ſcripſerit ſed me oportuit plurimis inſudare uigiliis ut oīa hæc in unum colligerem potiſſime cū latinorum ſectam in plurimis errátium emandare coactus fuerim ſed quouis mō ſit ueſtrum eſt omniū́mqꝫ poſterioꝝ officium.de primo iuuentis gratias agere. Eia igitur fili mi ioannes aureli uoſqꝫ cæteri ad quorum manus hæc mea pauca munera peruenerint: ea præcor illari animo ſuſcipite quo animo paterna munera licet exigua placide ſuſcipi congruum eſt. Tibi igitur fili mi illiſqꝫ ſolis mea hæc elaboraui:qui liuore omni depoſito:omnia Ariſtotelis ſcripta curare nituntur.non autem iis qui principiis philoſophiæ uix deguſtatis:ipſius ſacræ philoſophiæ funera facientes extremum dicunt uale ii .n. cum phyſicæ doctrinæ Ariſtotelis partes omnes aut libros nunq̄ uiderint:quiſnam eorū́ ſit ordo aprehēdere minime ualent. Diſcite igitur quæſo nō ſola naturæ principia: ut a multis fieri mos ē ſed ultra principia ea quoqꝫ diſcite quæ ex principiis ortum habent uel illa ſimplicia ſint uel mixta.ſiue inanimata ſiue animalia ſiue plantæ. Hæc.n.omnia ac plene diſcere uobis ſit cura poſt principia enim naturalia celorum & elementoꝝ naturas & motus inanimatorum etiā diuerſas naturas animatorū quoqꝫ eſſentiā cū operationibus:generationem & uitam cum morte & ſibi cognatis erudiri curate:ſi naturalis philoſophiæ terminū ac uerum eius ordinem agnoſcere cupitis:Si enim hæc feceritis deſcriptis in hoc libello uobis indicare conceſſum erit ſin autem mea uobis non liceat corripere monita cum enim totius perfectæ naturalis philoſophiæ inquiratur ordo:pfecti phyſici non autem diminuti iudicium poſtulat. Vale.

Franciſci a caballis de numero & ordine partium ac libroꝝ phyſicæ doctrinæ Ariſtotelis ad Ioannē aurelium eius filium Liber finit.

## Emendatio impreſſionis

A i in titulo Linea pría de numero & ordine A ii pría facie linea ix. q̄plurimos Linea xxv. in uno quoqꝫ linea xxxvi. temporis linea xliiii.aſcribas linea xlix.documenta linea liii. partitione linea liiii.ſiue corpus Secunda facie Linea .l. materiam linea lvi. ſententia A iii. prima facie linea xxi. ellementa recte linea xliii. continent linea xlviii. materiali linea lviii. aīalia Secunda facie Linea prima manuducimur linea xix. eum linea xxiii. eas Ariſtoteles linea xxxi. determinauerimus linea liiii. autem linea lvi. annectendus A iiii. prima facie linea xxviiii. in particulari Secunda facie Linea lvi.demōſtrādū A v prima facie linea xii. aīalia & plante linea xxxvii. rei alicuius linea lvi. tria natura Secūda facie Linea vii. preſciuiſſe linea viii. ſolius ſed linea xliii. Ariſtoteles linea lvi. cauſa linea lxi ΔΕΤΩΝ linea lxi. ΠΡΟΣ ΤΗΝ A vi prima facie Linea ii. diſputare linea ix. eſſētia linea xlii. ΤΩΝ ΖΩΩΝ linea xliii. ΨΥΧΗΣ linea xliii. Η ΚΟΙΝΗΣ linea xliiii. cōi motu linea xlv. dicere linea xlviii. comode Secunda facie Linea iiii. de utriſqꝫ linea viii. limites egrediēs B i facie prima Linea ſecūda aīalis eſſētia Secūda facie Linea xxxv. de ſenſu & ſenſibili linea xliiii. propinquus linea l. percipiente B ii. prima facie Linea xvi. opōnes B iii. ſecūda facie Linea xxiiii prope B v. prima facie Linea xviii. ut ſupius linea xli. trium ſimul Secūda facie Linea xlvi. quíta pars B vi. ſecūda facie Linea vi. tractationi linea xxxiiii. nihil fit linea lviii. duplici C i. pría facie Linea xxxviii. aptius linea li.uenæ autē Secunda facie Linea x. Ariſtotelis Linea xxxiiii. traditi linea xli. noſtrū linea xlix. noſtro linea lii. noſter C ii. ſecūda facie Linea vi. Auicēna linea xxiiii. cæteris linea xxxiiii. cognitōis C iii. ſecūda facie Linea xxx. modum C. iiii. prima facie Linea viii. imitantes linea x. Romam linea xv.imutatā Secūda facie Linea xxxiiii. abſonum liquido D ii. Secunda facie Linea xii. propter quid cauſas inquirendo linea xx. de opationibus. 10.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Scr. Gr. 262. (Ink.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf